¶ Propter quod neqꝫ liberales delectatiões ipſorum ſunt. neqꝫ eniꝫ bone neqꝫ huius ipſi⁹ gratia: neqꝫ vt oportet. Sed quoniam quos oportet indigere hos diuites faciunt: ⁊ moderatis quidem ſcd'm mores nihil vtiqꝫ darent. Adulatoribus autem vel ſm aliquam aliam voluptatem tribuunt multa.

¶ Oſtendit quõ deficiãt circa dationes: ⁊ dicit ꝙ q nullaꝫ curã habent de bono: iõ dationes eoꝝ non ſunt liberales nec bone neqꝫ propter bonum. neqꝫ moduꝫ debituꝫ hñt: ſꝫ qñqꝫ diuites faciunt malos hoĩes quos oporteret pauperes eſſe: q cũ diuitijs male vtũt̃ ⁊ ſibi ⁊ alijs ſunt nociui: ⁊ tñ hoĩb⁹ q hñt mẽtes moderatas ſm vtuteꝫ nõ darẽt aliqđ: in quo deficiũt in dãdo: ſꝫ multa dãt adulatoribus vel alijs hominibus: qui eos qualitercunqꝫ delectãt: puta hyſtrionibus: in quo ſic ſuperabundãt in dando. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter quod intemperati ipſorũ ſunt multi. Facile enim cõſumẽtes ⁊ in intẽperãtias cõſumptiui ſunt ⁊ ꝓpter non ad bonum viuere: ⁊ ad voluptates declinant.

¶ Inducit duas cõcluſiones ex ꝑmiſſis. Quarũ pma eſt. ꝙ ꝑꝑ ꝑmiſſa multi ꝓdigoꝝ ſunt intẽperati. ⁊ hoc apparet ex duob⁹. p^o qdẽ: quia cũ ſint faciles ad ꝯſumẽdũ ſua de facili ꝯſumũt in itẽperãtias: puta in cibos ⁊ in venerea: a qb⁹ multi retrahunt̃ timore expẽſaꝝ. Scd'o q cuꝫ nõ ordinẽt vitã ſuã ad bonũ honeſtum: ꝯñs eſt: ꝙ declinent ad voluptates: hec.n. duo ſunt ꝑꝑ ſe appetibilia. honeſtuꝫ qdẽ ſm appetitũ rõnaleꝫ: delectabile ſm appetitum ſenſitiuuꝫ. vtile autem refertur ad vtrũqꝫ horum. ¶ Secundam cõcluſionem ponit ibi.

¶ Prodigus quideꝫ igitur inducibilis effect⁹ tranſit. Potitus autem ſtudio in mediũ ⁊ ad qđ oportet adueniet vtiqꝫ.

¶ Et dicit ꝙ ex premiſſis pꝫ ꝙ ꝓdigus ſi nõ põt iduci ad virtutẽ: trãſit ad predicta vitia: ſi aũt patiatur: ſtudio. ſ. virtutis ꝑueniet de facili ad mediũ. ſ. vt det ⁊ abſtineat ab accipiẽdo ſm ꝙ oꝫ: vt ſupra dictũ eſt.

¶ Illiberalitas autem inſanabilis eſt. Videtur eniꝫ ſenectus ⁊ omnis impotentia illiberales facere. Et magis cõnaturale hominibus prodigalitate. Multi enim amatores pecuniaruꝫ magis q̃ datores.

¶ Poſtq̃ phs determiauit de ꝓdigalitate: h̃ determiat de illiberalitate. Et circa hoc tria facit. Primo ꝓponit quãdã ꝯditionẽ illiberalitatis. Scd'o diſtiguit illiberalitatis modos ſeu ſpẽs ibi. (Extendit aũt in multis ⁊c̃.) Tertio ꝯparat illiberalitatẽ ad ſuũ oppoſitũ. ibi. (Congrue vtiqꝫ illiberalitati ⁊c̃.) Dicit g^o p^o: ꝙ illiberalitas ẽ iſanabilis. ⁊ hic aſſignat duas rões. Quarũ pma eſt ꝙ vita hũana: ⁊ ẽt res hũane vtplurimũ tẽdũt in defectũ. manifeſtũ eſt aũt expimẽto ꝙ ſenect⁹ ⁊ q̃lꝫ alia ipotẽtia vel defect⁹ faciunt hoĩes illiberales: q vr̃ hoĩ ꝙ plurib⁹ idigeat: ⁊ iõ magis cupit res exteriores qb⁹ hũane idigẽ

tie ſubueniſ. Scða rõ eſt: qꝛ illud ad qð homo naturaliter inclinat nõ de facili remouetur ab eo: magis aũt inclinat homo ad illiberalitatẽ ꝙ̃ ad ꝓdigalitatẽ: cuius ſignum eſt: ꝙ plures inueniuntur amatores ꝛ conſeruatores pecuniarum ꝙ̃ datores. id aũt qð naturale eſt in pluribus inuenitur. in tm̃ nã inclinat ad amorẽ diuitiaꝝ inquãtũ ꝑ eas vita hoīs ꝯſeruat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Extendit autem in multum ꝛ multiforme ẽ. Multi enim modi videntur illiberalitatis eſſe. in duobus enim exiſtens ꝛ defectu dationis ꝛ ſuperabundantia acceptionis. Non omnibus integra aduenit ſed quandoq; diuidiť. ꝛ hi qdẽ adeptione ſuꝑabundant. Hi ãt datiõe deficiũt.

¶ Diſtiguit modũ ſeu ſpecies illiberalitatis. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit ꝙ illiberalitas attenditur ſm duo. ſ. ſʒ ſuperfluũ in accipiendo ꝛ defectũ in dando. ibi. (Que quidẽ.n.ĩ talibus ꝛc̃.) Tertio ponit ſpẽs que accipiuntur ſm ſuperfluam acceptionẽ. ibi. (Hi ſunt rurſus ſm acceptionem ꝛc̃.) Dicit ergo ꝑmo ꝙ illiberalitas in multum augetur: ad multa etiam ſe extendit. ꝛ multiformis eſt: inquãtũ. ſ. ſunt multi modi liberalitatis. cum.n. illiberalitas in duobus exiſtat. ſ. in defectu datiõis. ꝛ in ſuperabundantia acceptionis: non oẽs illiberales peccant in vtroq; quaſi totam rationem illiberalitatis habentes. ſed diuidiť aliqñ in diuerſas: ita ꝙ quidam ſuꝑabundant in acceptiõe: qui tñ in datione deficiunt: ſicut de prodigo ſupra dictũ eſt: alij vo deficiunt in datione. ꝛ tñ nõ ſuꝑabundant in acceptione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qui quidem igitur in talibus appellationibꝰ puta parci tenaces cimbices: oẽs datione deficiunt. Aliena aũt nõ appetunt neq; volunt accipere. hi quidem ꝓpter quandam moderantiam ꝛ reuerẽtiã turpiũ. Videnť enim quidaʒ vel dicunt ꝓpter hoc cuſtodire vt non aliquãdo cogantur turpe aliquid operari. Horũ aũt ꝛ ciminiuenditor ꝛ omnis talis nominatus ẽ añ a ſuperabundantia eiꝰ qð ẽ nulli vtiq; dare. Hi aũt rurſus ꝓpter timorẽ abſtinẽt ab alienis vt non facile ipſum que aliorum accipere que autem ipſius alios non. Placet igitur eis neq; dare neqʒ accipere.

¶ Determinat modũ eoꝝ qui in datione deficiunt. ꝛ diċ ꝙ tales appellantur parci. eo ꝙ parũ expẽdũt tenaces a defectu dationis q̃ſi multũ retinentes dicunť ẽt chimbiles q̃ſi venditores cyminij a quodã ſuperexceſſu tenacitatis. quia. ſ. nec nũmũ aliqð darent abſq; reconpenſatione: ꝛ tñ iſti nõ ſuꝑabũdãt in accipiẽdo: qꝛ nec aliena appetunt nec oblata multũ curant accipere. Et hoc propter duas rationes. Quarum ꝑma eſt: qꝛ. ſ. hoc dimittũt ꝓpter illoꝝ moderantiã ꝛ ꝓpter timorẽ turpitudinis. videntur.n. cuſtodire ſua. ꝛ hoc etiam dicunt verbo. ne ſi ſua dent coganť aliqñ ꝓpter penuriã aliquid operari. ꝛ inde ẽ etiam ꝙ nolunt recipere aliena turpe hoc exiſtimantes vel indubitanter ne ab his que eis darent inducerentur ad aliquid indecens. ꝛ de eoꝝ numero videť eſſe cymbiles. i. kimini venditor: qui ſic nominať ꝓpter hoc ꝙ ſuꝑabundat ꝙ nulli dare vult. ꝛ eadem rõ eſt de omnibus ſimilibus. Secunda ratio ẽ qꝛ aliqui abſtinẽt ab accipiẽdo aliena ꝓpter hoc ꝙ timẽt ne oporteat eos dare q̃ſi non ſit facile vt ipſe ea que ſunt alioꝝ accipiat ꝛ alij accipiunt ea que ſunt eius: ꝛ iam placet eis ꝙ neq; dent neq; accipiant. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hi aũt rurſus ſm acceptionẽ ſuperabundant in vndiqʒ accipiendo ꝛ oẽ. puta illiberales operationes operãtes ꝛ de meretritio paſti ꝛ oẽs tales ꝛ vſurarij ꝛ in paruo ꝛ in multos. omnes enim iſti vnde non oportet accipiunt: ꝛ quãtũ non opʒ. Cõmune aũt in ipſis turpis lucratio apparet. Oẽs enim gratia lucri ꝛ huius parui opprobria ſuſtinent. Eos enim qui magna nõ vnde oportet accipiunt: neqʒ que oportet nõ dicimus illiberales puta tyrannos ciuitates deſolantes ꝛ ſacra predantes: ſed pernitioſos magis ꝛ de ipios ꝛ iniuſtos.

¶ Ponit modos illiberalitatis. Et ꝑmo q̃tum ad eos q turpiter accipiunt. Secundo quãtum ad eos qui accipiunt iniuſte. ibi. (Aleator quidem ꝛc̃.) Dicit ergo primo ꝙ quidam illiberales ſuperabundant in acceptione non curantes quid vel vnde accipiant ſeu lucrentur. quorũ quidam lucrantur de vilibus ꝛ ſeruilibus operationibꝰ. quidam vero lucrantur de turpibus ꝛ illicitis. puta de meretritio vel de aliquo ſili. ſicut lenones. quidam vero lucrantur per ĩprobam actionẽ. ſicut vſurarij: ꝛ qui ſaltem aliquid paruũ volũt lucrari in aliquo multo: qð dãt vel mutuãt. oẽs enĩ predicti accipiunt vñ nõ oʒ. ſ. de ſeruilibus vel turpibus operibus: vel quantum nõ opʒ ſicut vſurarij qui accipiunt vltra ſortem: quibus omnibus cõmune eſt lucrũ: ꝛ hoc paruũ. qꝛ illi qui magna lucranť accipiunt vnde non opʒ vel que nõ opʒ: ſicut tyrãni qui depredantur ciuitates ꝛ templa non dicuntur illiberales: ſed magis pernitioſi homines ꝛ impij ꝛ iniuſti in deũ legis tranſgreſſores. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Aleator qdẽ ꝛ mortuorũ ſpoliator ꝛ latro illiberalium ſunt turpes lucratores. lucri enim gratia vtriqʒ negocianť ꝛ opprobria ſuſtinent ꝛ hi quideʒ pericula maxia gratia lucri. Hi aũt ab amicis lucranť qbus oʒ dare. Vtriqʒ vtiqʒ vñ nõ oʒ lucrari volentes turpes lucratores: ꝛ oẽs vtiqʒ tales ſumptiones illiberales.

¶ Ponit illiberales qui accipiunt iniuſte ſicut aleator q lucrať ex ludo taxilloꝝ: ꝛ ille qui ſpoliat mortuos: qui antiquitus cum magno apparatu ſepeliebantur. ꝛ latro qui ſpoliat viuos. omnes enim iſti turpiter lucranť inquãtuʒ ꝓpter lucrum negotia quedam faciunt. vnde ſũt opprobria. ſm qð etiam de ſuperioribꝰ dictum eſt. ſed ĩ iſtis eſt aliqua ſpecialis rõ turpitudinis. quidã enim horum. ſ. ſpoliator mortuorum ꝛ latro exponunt ſe magnis periculis propter lucrum agentes ea que legibus puniũtur. aliqñ.n. ſ. aleatores volunt lucrari ab amicis cũ quibus ludunt. cum tamẽ magis cõueniat ſm liberalitateʒ amicis aliquid dare. ꝛ ſic pʒ ꝙ vterq; dum volunt lucrari: vñ non oportet ſunt turpes lucratores. ꝛ ſic pʒ ꝙ oẽs predicte cõceptiones ideſt acceptiones ſunt illiberales. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Congrue itaqʒ liberalitati illiberalitas contrarium dicitur. maius enim eſt malum prodigalitate ꝛ magis in hanc peccant ꝙ̃ ſm dictaʒ ꝓdigalitatem. de liberalitate quidem igitur ꝛ oppoſitis malitijs tanta dicta ſunt.

¶ Determinat de illiberalitate per cōparationem ad oppoſitū vicium ⁊ dicit ꝙ illiberalitas congru e denominatur ab operatiōe illiberalitatis.ſemper.n.peius viciū magis opponitur virtuti. Illiberalitas aūt eſt peior prodigalitate: vt ſupra oſtenſum eſt. vnde relinquit̄ ꝙ magis opponat̄ illiberalitati.Scḋa ratio eſt:quia homines magis peccant ſm viciū qḋ dicitur illiberalitas.q̄z ſz vicium:qḋ dicitur prodigalitas.⁊ ꝓpter hoc nominat̄ a priuatione liberalitatis.qꝛ plures per hoc vicium corrūpūtur. Ultimo autem epylogat que dicta ſunt dicens:tāta dicta eſſe de liberalitate ⁊ de oppoſitis vicys.

Videbitur autez vtiqz conſequens eē ⁊ de magnificentia pertranſire. videtur eteniz hec ipſa circa pecunias.quedam virtus eſſe.

¶ Poſtq̄z ph̄s determinauit de liberalitate.hic determinat de magnificētia.⁊ diuidit̄ pars iſta in duas ꝑtes. In ꝑma inquirit materiā magnificētie ⁊ oppoſitoꝝ vicioꝝ. In ſcḋa oſtendit qualiter magnificentia ⁊ oppoſita vicia circa ꝓpriā mā̄z opant̄.ibi.(Magnificus āt ſciā aſſimilatur ⁊c̄.)Circa ꝑmū duo facit. Primo oſtendit que ſit materia magnificentie. Secundo oſtendit que ſint vicia ei oppoſita.ibi.(Tales autem habitus ⁊c̄.)Circa primū tria facit. Primo ꝓponit materiā cōem magnificentie ⁊ liberalitati.Scḋo oſtendit dr̄iam inter vtrūqz. ibi.(Nō queādmodū aūt liberalitas ⁊c̄.) Tertio ꝓbat ꝓpoſitum.ibi.(Qui aūt in paruis ⁊c̄.) Dicit ergo ꝑmo ꝙ poſt liberalitatem videt̄ eſſe cōueniēs ꝙ ſequat̄ tractatus de magnificentia.⁊ ratio conuenientie eſt:qꝛ magnificentia videt̄ eſſe quedā virtus circa pecunias ſicut ⁊ liberalitas. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non quemadmodum liberalitas extenditur circa omnes que in pecunijs operationes. ſed circa ſumptuoſas ſolum. In his autem ſuperexcellit liberalitatez magnitudine: quemadmodum nomen ipſum ſignificat. in magnitudine enim decens ſumptuoſus eſt.

¶ Oſtendit differentiam quātū ad liberalitatē.Et circa hoc duo facit. Primo ꝓponit diffentiam. Secundo manifeſtat qḋ dixerat.ibi.(Magnitudo aūt ⁊c̄.)Circa primū ponit duas differentias.Quarū ꝑma eſt:ꝙ liberalitas ſe extēdit ad oēs opationes que ſunt circa pecunias .i.ad expenſas acceptiōes ⁊ dationes.ſed magnificentia eſt circa ſumptus.i.expenſas.Secūda differentia eſt:ꝙ etiam in ſumptibus ſiue in expenſis magnificentia excedit liberalitatē magnitudine.magnificentia.n.eſt ſolum circa magnas expenſas:ſicut ipſuz nomē demōſtrat. Sz liberalitas poteſt eē ēt circa moderatas vl̄ imoderatas: nec tn̄ intelligendū eſt:ꝙ qꝛ magnitudo iportat exceſſuz quēdam:ꝙ magnificus ita magnos ſumptus faciat ꝙ excedat id qḋ dz fieri ſm rōnem.ſed ſumptus magnifici ita ſunt cū magnitudine:ꝙ decēs.decet.n.⁊ perſonaz faciētis ⁊ opus in q̊ fiūt expēſe vt īfra dicet̄. ¶ Deiñ cū.d.

¶ Magnitudo autem ad aliquid. Non enim idem ſumptus triarchaz ⁊ architheoro decens vtiqz ad ipſum ⁊ in quo ⁊ circa que.

¶ Exponit ꝙ dixerat.ſ.qualr̄ magnitudo ſumptus cōueniat magnifico.⁊ qꝛ magnū dr̄ relatiue vt habetur in predicamentis:ideo ⁊ hoc dicit̄ ꝙ magnitudo ſumptus accipitur per reſpectum ad aliquid aliud.puta ad illud in quo fiunt expenſe.vel ad perſonam expendentis.qꝛ non idem ſumptus dicitur eſſe magnum per comparationez ad triarcham.i.principem galearum que hn̄t.3.ordines remorū vnde ⁊ trieres vocantur ⁊ architeorū.i.principē ſpeculationis.puta ſi aliquis fuerit prefectus templi vel etiā ſtudy.oz enim ſumptum eſſe decentem per cōparationē ad ipſum qui expendit.⁊ per cōparationem ad id in quo expendit:⁊ oportet conſiderare circa que illud fiat.puta ſi fiunt expenſe in edificatione domus:opz vltra conſiderare cui domus illa edificet̄:vtrū.ſ.principi vel priuate perſone.qꝛ.ſ.ſm hoc diuerſi ſumptus requiruntur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qui autez in paruis vel in moderatis ſm dignitatem expendit non dicitur magnificus.puta hoc multotiens dare ⁊ tanti. Sed qui in magnis iſte. Magnificus quidem enim liberalis: liberalis autem nihil magis magnificus.

¶ Probat qḋ dixerat.ſ.ꝙ ad magnificētiā ꝑtinet magnitudo ſumptus:qꝛ ille qui expendit ī paruis:vel ēt moderatis ſm ꝙ dignū eſt:non dicit̄ magnificus.puta ſi multotiens diuiſim expenderet multa in ꝑuis rebus.ita ꝙ oēs ille expenſe cōgregate facerent quid tantum quātū illud qḋ expendit magnificus:nihilominus tn̄ magnificus nō diceret̄:⁊ ſi ꝓmpte ⁊ liberalr̄ illa ꝑua expēderet: qꝛ oīs agens eſt liberalis.non tn̄ ſequitur ꝙ oīs liberalis ſit magnificus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Talis autem habitus defectus quidem paruificentia vocatur. ſuperabundantia autem eſt bānanſia ⁊ apirocalia ⁊ quecūqz tales non ſuperabundantes magnitudine circa que oportet. ſed in quibus non oportet. ⁊ vt non oportet. preclare poſterius autem de ipſis dicemꝰ.

¶ Oſtendit que ſint vicia oppoſita magnificentie.⁊ dicit qḋ vicium oppoſitū habitui magnificentie per modum defectus vocat̄ paruificentia.ſed vicium ꝙ opponit̄ ei per modū ſuperabūdantie vocatur bannauſya.a bānos qḋ ē fornax.qꝛ tales q ſicut ī fornace omnia ſua cōſumūt vocant̄ abyrochalia q̄ſi ſine experientia boni.qꝛ.ſ.experti ſunt qualiter oporteat bonū operari.⁊ ſi que etiā ſunt alie tales nominationes:que quidē important ſuperabūdantiam.nō qꝛ excedant magnificū in magnitudine expenſarū:circa que opz expendere.ſed ſuperabundant in hoc ꝙ excedunt rōnem rectam in hoc ꝙ faciūt magnos ſumptus cuz quadā preclaritate:in quibus nō oz:ex quo pz ꝙ mediū ⁊ extrema in virtutibus moralibus nō accipiunt̄ ſm quātitatem abſolutam:ſed per reſpectum ad rōnem rectam.ſubdit aūt ꝙ de iſtis vicys poſterius dicet̄ in hoc eodē capitulo. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Magnificus autem ſcienti aſſimilatur. decēs eniz poteſt ſpeculari: ⁊ expendere magna prudenter: queādmodum enim in principio diximus habitus operationibus determinatur. ⁊ quorum eſt : magnifici vtiqz ſumptus magni ⁊ decentes: talia vtiqz ⁊ opera. ſic eniz erit magnus ſumptus ⁊ decēs operi quare opus quidem ſumptu dignum oportet eſſe : ſumptum autem opere vel ſuperabundare.

¶ Oſtendit quomodo magnificentia ⁊ oppoſita vicia circa predictam materiam ſe habeant.Et primo determiat de magnificentia.Secūdo de vicys oppoſitis.ibi.(Superabūdans aūt ⁊c̄.)Circa ꝑmū duo facit. Primo ponit

quaſdã ꝓprietates magnifici pertinentes ad modum expendendi. Secũdo oſtendit in quibus magnificus expendat. ibi. (Eſt autem ſumptuum ⁊c̃.) Circa primuꝫ ponit. 6. ꝓprietates magnifici. Quarum prima eſt: ꝙ magnificus aſſimilatur ſcienti. quia. ſ. ſicut ad ſcientem artificem pertinet cognoſcere ꝓportionem vnius ad aliud. ita etiam ad magnificum pertinet cognoſcere ꝓportionem expenſarum ad id in quo fiunt expenſe. põt. n. magnificus cõſiderare quid deceat expendere. ⁊ ſic faciat magnas expenſas prudenter: qḋ requiritur ad omnẽ virtutem moralem: vt. ſ. prudenter operetur. hoc autem qḋ dictum eſt: manifeſtat phs per hoc qḋ ſupra dictum eſt in ſecũdo: ꝙ quilibet habitus determinat̃ per operationes ⁊ per obiecta quoꝝ eſt habitus. qꝛ. ſ. determinati habitus ſunt determinatorum operationũ ⁊ obiectoꝝ. qꝛ operationes magnificentie ſunt expenſe. et obiecta operationum ſunt ea in quibus expenſe fiunt magne. conſequens eſt ꝙ ad magnificũ pertinet conſiderare ⁊ facere magnos ſumptus ⁊ conuenientes: qḋ nõ poteſt fieri ſine prudentia. per hunc enim modũ expenſe erunt magne ⁊ conuenientes operato. puta domui edificãde. vel alicui hꝰ. ſic igitur opꝫ ꝙ opus in quo fiunt expenſe ſit tale qḋ ſit dignũ. ſ. expenſa ſumptũ auteꝫ. i. expenſam opꝫ eſſe vt ꝓportionet̃ operi. vel ꝙ ſuperabundet. qꝛ. n. difficillimũ eſt mediũ attingere ſi contingat a medio declinare ſemper virtus declinat in id qḋ minus habet de malo. dicit̃ fortis in minꝰ timẽdo ⁊ liberalis dando: ⁊ ſic magnificꝰ ĩ plus expendendo. ¶ Secũdam ꝓprietatẽ ponit ibi.

¶ **Conſumet autem talia magnificus boni gratia. Cõmune enim hoc virtutibus.**

¶ Que ſumitur ex parte finis. ⁊ dicit ꝙ magnificus conſumet in expendendo talia magna ⁊ decentia propter bonum honeſtum ſicut ꝓpter finẽ. operari aũt ꝑꝑ bonũ eſt cõe in oĩbus virtutibus. ¶ Tertiã rõnẽ põit ibi.

¶ **Et adhuc delectabiliter ⁊ emiſſiue. Ratiocinij diligentia paruifica.**

¶ Et dicit ꝙ ad magnificuꝫ ꝑtinet delectabiliter magna expendere ⁊ emiſſiue. i. prompte. ⁊ ſine difficultate emittendo: qꝛ ꝙ aliquis ſit multum diligens in rõcinio. i. in computatione expenſarum pertinet ad paruificientiã. ¶ Quartam proprietatem ponit ibi.

¶ **Et qualiter optimum ⁊ decentiſſimum itendet vtiq̃ magis q̃ȝ quãto ⁊ qualr̃ minimo.**

¶ Et dicit ꝙ magnificus intendit qũo faciat opus optimum ⁊ decentiſſimũ: q̃ȝ qũo minimũ poſſit expẽdere ad opus itentũ faciẽdũ. ¶ Quintam ꝓprietatẽ ponit ibi.

¶ **Neceſſariũ aũt ⁊ liberalem magnificũ eſſe. et enim liberalis expendet que oportet ⁊ vt opꝫ. In his enim magnũ magnifici velut magnitudo circa h liberalitate exiſtente.**

¶ Et dicit ꝙ neceſſariũ eſt ꝙ magnificus ſit liberalis: qꝛ ad liberalem pertinet expendere ea que oꝫ. ⁊ ſicut opꝫ: in hoc etiam magnificus. expendit enim circa magna ⁊ decentia opera vt dictũ eſt. ⁊ hoc facit delectabiliter ⁊ emiſſiue. ⁊ propter bonũ: ſed ad magnificum proprie pertinet ꝙ aliquid magnũ circa hoc faciat. ac ſic magnificẽtia nihil aliud eſt q̃ȝ quedã magnitudo liberalitatis circa predicta. ¶ Sextam proprietatẽ ponit ibi.

¶ **Et ab equali ſumptu opus faciet magis magnificum. Non enim eadem virtus poſſeſſionis ⁊ operis. poſſeſſionis enim quidem virtus qḋ plurimo dignum ⁊ honoratiſſimũ: puta aurum. Operis enim magnum ⁊ bonum: talis enim ſpeculatio admirabilis. Magnificum auteꝫ admirabile: ⁊ eſt operis virtus magnificentia in magnitudine.**

¶ Et dicit ꝙ dum magnificus in aliquo magno opere facit magnas expenſas conſtituit opus magis magnificuꝫ ſicut ex equalitate expenſarum: qꝛ non ad idẽ ꝑtinet virtus. i. vltimũ ⁊ optimũ in poſſeſſione diuitiaꝝ ⁊ in operatione quo diuitie expẽdunt̃: qꝛ virtus. i. maximũ ⁊ optimuꝫ in poſſeſſionibus ⁊ eſt illud. qḋ ẽ plurimo precio dignum. ⁊ ꝙ homines maxime honorant. i. appreciant̃. ſed virtus operis eſt. ꝙ ſit magnum ⁊ bonum. qꝛ conſideratio talis operis inducit admirationẽ: ⁊ tale eſt opus magnificentie: vt ſcilicet ſit admirabile: ⁊ ſic pꝫ ꝙ virtꝰ operis. i. optima excellentia eius eſt ſm magnificentiam cũ magnitudine expenſarum.

Eſt aũt ſumptuũ qualia dicimus honorabiliſſima: puta circa deos dona repoſita ⁊ preparationes ⁊ ſacrificia. ſimiliter autem ⁊ quecũq̃ circa omne diuinum. Et quecũq̃ ad commune magnifica ſunt: puta ſi alicubi largiri quale oportere preclare. vel trieris eſſe principium: vel etiam conuiuare ciuitatem.

¶ Poſtq̃ȝ phs oſtendit qualiter magnificus ſe habeat in expendendo. hic oſtendit in quibus magnificus principaliter expendat. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit in quibus magnificus expendat. Secundo oſtendit qũo ſeruat proportioneꝫ ſumptus ad ea in quibus expendit. ibi. (Et in ſingulis decens ⁊c̃.) Circa primum duo facit. Primo proponit in quibus principalr̃ magnificus expẽdat. Secundo in quibus expendat contrario. ibi. (Propriorum aũt ⁊c̃.) Circa primũ tria facit. Primo oſtẽdit que ſunt ꝑ̇ncipalia in quibus magnificus expendat. Secundo oſtendit ad quos pertineat in talibus expendere. ibi. (In omnibus aũt quẽadmodum dictuꝫ eſt ⁊c̃.) Tertio epylogat qḋ dictuꝫ eſt. ibi. (Maxime quidẽ igit̃ ⁊c̃.) Dicit ergo primo ꝙ magnificus facit ſumptus circa ea que ſunt maxime honorabilia. hec autem ſunt duo genera. primũ eſt ergo eoꝝ que pertinent ad res diuinas. puta cum aliqua donaria reponunt̃ in tẽplis deoꝝ ⁊ in ſeparatiões. puta temploꝝ edificia vel aliquid aliud hꝰ. ⁊ ẽt ſacrificia ad idem pertinent. gentiles autem non ſolum celebrabant deos. i. q̃ſdaꝫ ſubſtantias ſepatas. ſed etiam colebant demones: quos dicebant eſſe inter deos ⁊ homines. ⁊ ideo ſubdit. ad idem igitur pertinet quicq̃d expendet̃ circa cultum cuiuſdam demonis. ⁊ loquitur hic phus ſm conſuetudine gentilium: que manifeſtata veritate eſt abrogata. vñ ſi aliquis nũc circa cultum demonis aliquid expenderet non eſſet magnificus ſed ſacrilegus. ſcḋm aũt genus igitur honorabilium ſumptuũ ſunt ea que magnifice fiunt per reſpectũ ad bonum publicũ. puta vt ſi aliq̃s aliquid vtile trieris cõitati preclare ⁊ magnifice largiat̃: qḋ oꝫ vel ſi aliquod officiũ cõmittit alicui a ciuitate. puta ꝙ ſi ꝑ̇nceps. i. exercitus nauium vel galearũ qḋ circa executionem officij faciat magnos ſumptus. vel ẽt q munus facit toti cõmunitati. ſicut ſolituꝫ erat vt habet̃. 2. politice. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ **In omnibus aũt quemadmoduꝫ dictum eſt ⁊ ad operantem refertur quis eſt ⁊ quarũ poſ**

ſeſſionum. digna enim opꝫ his eſſe: ⁊ nõ ſolum operi ſed ⁊ facienti decere.

¶ Oſtendit q̄bus nõ cõpetunt. ibi. (Propter qđ inops q̄dem ⁊c̃.) Scđo oſtẽdit in ſpãli quibus cõpetũt. ibi. (Decet aũt ⁊ eos ⁊c̃.) Dicit ergo primo ꝙ in oı̄bus que expẽdunẽ: ſicut ſupra dictum eſt: oꝫ haberi reſpectum non ſolum ad id in quibus expendunẽ: vt .ſ. conſideretur quis eſt qui expẽdit. vtrum .ſ. ſit princeps vel priuata perſona: nobilis aut ignobilis: ⁊ etiam conſideretur quas poſſeſſiones hẽat vtrũ .ſ. magnas vel ꝑuas. oꝫ .n. expenſas eẽ dignas. i. bene ꝓportionatas his .ſ. conditioni perſone ⁊ diuitijs. ita ꝙ expenſe non ſolum deceant tale opus in quo expendiẽ. ſed etiã deceant facientẽ. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Propter qđ inops quidẽ non vtiqꝫ erit magnificus. non enim ſunt a quibus multa conſumet decẽter: tentans aũt ⁊ inſipiens: preter dignitatẽ eni ⁊ opportunũ: ſm ꝟtutẽ ãt recte.

¶ Concludit quibus non deceant tales ſumptus. Et dic̃ ꝙ ꝓpter predicta inops. i. qui hꝫ paruas diuitias: nõ põt eſſe magnificus. qꝛ non hꝫ tot ex quibus poſſit conueniẽter multa conſumere: ⁊ ſi temptet vltra expendere eſſet inſipiẽs: qꝛ hoc eſſet cõtra dignitatẽ. ⁊ ꝑter id qđ oꝫ fieri. ⁊ ita nõ pertinet ad virtutẽ magnificentie. qꝛ ſm virtutem oı̄a fiunt recte. i. ſm qđ opꝫ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Decet aũt ⁊ eos quibus talia preexiſtunt per ſeipſos vel per genitores vł per quos ad ipſos tranſeunt ⁊ nobiles ⁊ glorioſos: ⁊ quecũqꝫ talia. oı̄a enim hec magnitudinẽ hñt ⁊ dignitatẽ.

¶ Oſtendit quos deceat facere p̄dictos ſumptus ⁊ accipit ſꝫ duo. Primo quidem ſm quãtitatẽ diuitiaꝝ. vñ dicit ꝙ predictos ſumptus facere debent illi homines quibus talibus preexiſtunt. i. qui habent diuitias magnas ex quibus poſſunt multa conſumere decenter ſiue habeãt hꝰ diuitias abundantes per ſeipſos. puta acquirẽdo eas per ꝓpriam induſtriam. ſiue etiam habeant eas per progenitores: q̄bus ſuccedũt. ſiue etiam per quoſcũqꝫ alios: per quos ad eos tranſeunt diuitie. puta cũ relinquunẽ heredes extraneoꝝ. Secundo accipit ꝓpoſitũ per cõditionem perſonarum. decet enim ꝙ faciant magnos ſumptꝰ nobiles genere ⁊ glorioſos. puta in honoribus conſtitutos. ⁊ quecũqꝫ ſimilia ſint. oı̄a .n. hꝰ habent in ſe quandã magnitudinem: ⁊ quandam dignitatem: vt deceat tales magnos ſumptus facere. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Maxime quidem igitur talis magnificus ⁊ in talibus ſumptibus magnificentia: queadmodum diximus eni maxia ⁊ honorabiliſſima.

¶ Epylogat que dicta ſunt. ⁊ dicit ꝙ talis eſt magnificus qualis ſupradictus eſt. ⁊ in talibus ſumptibus eſt magnificentia ſicut dictuꝫ eſt .ſ. in rebus diuinis ⁊ cõmunibus. hꝰ .n. iter alia humana ſunt maxima ⁊ honorabiliſſima. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propriorum aũt quecũqꝫ in ſemel fiunt. puta nuptie ⁊ ſi quid aliud tale.

¶ Oſtendit in quibus ſecũdario magnificꝰ expendit. Et ponit tres gradus. Quoꝝ primus eſt: ꝙ magnificus magnos ſumptus facit in his que proprie ad ipſum ꝑtinent: que ſemel tñ fiunt. puta nuptie militia. ⁊ ſi aliquid tale eſt. ¶ Secũdum gradum ponit ibi.

¶ Et ſi circa aliquid tota ciuitas ſtudet vel qui in dignitatibus ⁊ circa peregrinorum autem ſuſceptiones ⁊ emiſſiones ⁊ dationes ⁊ retributiones. Non enim in ſeipſum ſumptuoſus magnificus ſed in communia dona aut deo ſacratis habent aliquid ſimile.

¶ Et dicit: ꝙ ſi tota ciuitas vel principes ciuitatis ſtudet ad aliq̄d faciendũ. ⁊ circa hoc faciet magnos ſumptꝰ erit magnificus. ſicut ſi oꝫ honorifice ſuſcipere aliquos extraneos. puta principes vel reges. ſi oporteat eis mittere magna exenia: vel etiaꝫ ſi oporteat eis preſentialr̃ dona magna offerre. vel ſi oporteat eis retribuere pro aliquibus beneficijs impenſis: in oı̄bus his magnos ſumptus faciet magnificus non eſt .n. ſumptuoſus in ſeipſum: vt .ſ. multum expendat in ꝓpriũ vſum. ſed facit magnos ſumptus in cõia dona: aut que magnifice aliquibus danẽ: hꝰ aliquid ſimile cũ his que deo. qꝛ .ſ. ſicut deo dona conſequunẽ. non qꝛ deus eis indigeat. ſed propter reuerentiã ⁊ honorẽ. ita etiam ⁊ magnis viris dona offeruntur magis ꝑꝑ honorẽ q̃ꝫ ꝑꝑ ı̄digẽtiã. ¶ Tertiũ gradũ põit ibi.

¶ Magnifici aũt ⁊ habitationẽ preparare decẽter diuitijs: ornatus q̄dem etenim ⁊ hec: ⁊ circa hec magis ſumptus facere quecũqꝫ diuturna operũ. optima enim hec.

¶ Et dicit ꝙ ad magnificentiã pertinet preparare domũ conuenienter proprijs diuitijs: qꝛ hr̃e decentem domuꝫ pertinet ad hominis ornatũ. ⁊ in edificijs faciendis magis intẽdit magnificus facere ſumptus. et opera diuturna ⁊ permanẽtia q̃ꝫ circa aliquos fragiles ornatus. puta colũnas marmoreas ı̄ domo q̃ꝫ circa feneſtras vitreas. iſta .n. que ſunt magis permanentia ſunt optima. ſic igiẽ ex predictis pꝫ ꝙ magnificus principalr̃ expendit circa res diuinas ⁊ publicas. ſed circa ea que pertinent ad priuatas perſonas expendit ſecũdario ꝓpter tres conditiones. primo: qꝛ ſemel fiunt. ſecũdo cõiter ad hoc inſtituiẽ. tertio qꝛ ſunt diuturna. hec enim ſunt que afferũt in rebus priuatis magnitudinem. ¶ Deiñ cũ dicit.

¶ Et in ſingulis decens. Non enim idem congruit dijs ⁊ hominibus: neqꝫ in templo ⁊ ſepulchro: etenim in ſumptibus vnũqđqꝫ magnuꝫ in genere magnificentiſſimũ quidem qđ in magno magnũ. Hoc aũt qđ in his magnũ ⁊ differt in opere magnuꝫ ab eo qđ eſt in ſumptu. Spera quidem enim vel lechitus pulcherrima magnificentiam habet puerilis doni. Huius autẽ precium paruum ⁊ illiberale. propter qđ eſt magnifici in quo vtiqꝫ faciat genere magnifice facere. tale enim non facile ſuperabile ⁊ eſt habens ſm dignitatem ſumptus. talis quideꝫ igitur magnificus.

¶ Oſtendit qũo magnificus conſeruat debitam proportionem ſumptuũ ad ea in quibus expendit. ⁊ dicit ꝙ magnificus in ſingulis expendit illud qđ decet. ⁊ ſm ſpẽm. ⁊ ſm quãtitatem. manifeſtuꝫ eſt enim ꝙ non idem ſm ſpẽꝫ: aut quãtitatẽ congruit exhibere dijs ⁊ hominibus. neqꝫ in tẽplo ⁊ ſepulchro cõſtruẽdo. hoc tñ obſeruabit ꝙ ſemper faciet magnũ ſumptũ in genere illo. ⁊ magnificentiſſimus erit qñ in magno facto magnũ ſumptũ facit ſed hic. i. in ħ facto faciet id qđ eſt magnũ in tali genere. ⁊ ita qñqꝫ differt magnũ reſpectu operis ab eo qđ ẽ ſimplr̃ magnũ in expenſa. puta qđ aliquis faciat pulcherri-

mam ſperam.i.pilam vel lechitum.i.aliqđ vaſculum ad
dandū alicui puero habet magnificentiā in genere pue/
rilis doni:⁊ tñ preciū pulcherrime ſpere ſm ſe conſidera/
tum eſt paruū ⁊ non pertinens ad liberalē donationē.⁊ ꝓ
pter hoc manifeſtū ē ꝙ ad magnificū ꝑtinet ꝙ in quoli/
bet genere magnū aliqđ opus faciat.in quo etiam facit
ſumptus ſm operis dignitatē.tale aūt factū.ſ.qđ eſt in
genere ſuo magnum habet ſumptus conuenientes non ē
de facili ſeparabile.vltimo aūt epylogando concludit ꝙ
magnific⁹ eſt talis q̄lis dictus ē. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Superabundans autem ⁊ banauſus in ꝑter
qđ opꝫ conſumendo ſuperabundat quēadmo
dum dictum eſt.in paruis enim ſumptuū mul
ta conſumit ⁊ reſplendet preter melodiam. ⁊
eſt parabola quedam:puta hyſtriones nuptia/
liter cibans ⁊ comedijs tribuens:in trāſitu pur
puram inferens quemadmodum Megares ⁊
omnia talia non boni faciet gratia.ſed diuitias
oſtentans ⁊ propter hoc exiſtimans admirari:
⁊ vbi quidem opꝫ multa conſumere pauca cō
ſumens.vbi aūt pauca multa.

¶ Determinat de oppoſitis vicijs.Et p̄mo de ſupabundā
tia.Scđo de defectu.ibi.(Paruificus aūtē ⁊c̄.)Tertio
determinat cōuenienter de vtroq̄.ibi(Sunt quidā ⁊c̄.)
Dicit ergo primo ꝙ ille qui ſuperabundat in ſumptibus
magnis qui vocat̄ bānauſus quaſi in fornace ſua conſu/
mens excedit magnificū.non.n.abſoluta ſumptuū quā/
titate:ſed in expendendo preter id qđ oꝫ:q: in ſuperfluis
ſumptibus multa conſumit ⁊ vult ſplendidos ſumptus
facere preter melodiā.i.preter debitā ꝓportionē:qđ ē pa/
bolice vel methaphorice dictū.puta q: facit nuptialia ⁊
conuiuia hiſtrionibus ⁊ comedis.i.repreſentatorib⁹ mul
ta tribuit: ⁊ viam cooperit purpura ſicut faciunt mega/
res.qui erant q̄dam ciues grecie.⁊ oīa hec ⁊ ſimilia facit.
non propter aliqđ bonū:ſed ſolum ad oſtendendum diui
tias.per hoc exiſtimat qđ in admiratione habeat̄.nec tñ
vbiq̄ ſuperflue expendit.ſed qñq̄ deficit qđ vbi opor/
teret multa expendere:ibi expendit pauca.vbi vero pau
ca expendit multa.q: nō attendit ad bonū ſed ad vanita
tem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Paruificus aūt circa oīa deficiet ⁊ maxima
conſumens in paruo bonum perdit. Et qđcū
q̄ facit tardans: ⁊ intendens qualr̄ minimum
cōſumat vtiq̄ ⁊ hoc triſtat̄. ⁊ oīa exiſtimās ma
iora facere q̄ oportet.

¶ Determinat de vicio defectus.⁊ dicit ꝙ paruificus eſt
qui circa oīa deficit:⁊ ponit.5.proprietates.Quaꝝ p̄ma ē
ꝙ cū faciat magnas expenſas pro modico perdit qđ nō
bene facit.Scđa ꝓprietas eſt ꝙ quicq̄d facit in ſumpti/
bus facit cum quadam tarditate.Tertia eſt ꝙ ſemp̄ in/
tendit qualiter poſſit minimū expendere. Quarta ratio
eſt ꝙ expendit cū triſtitia. Quinta rō eſt ꝙ qñ expendit
omnia reputat ſe maiora facere q̄ oporteat.vñ enim ei qđ
oporteret eū minus expendere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sunt quidem hi igitur habitus malitie:nō tñ
opprobria quidem inferunt ꝓpter neq̄ noci/
uos ꝓximo eſſe neq̄ valde turpes.

¶ Determinat cōiter de vtroq̄ vicio.⁊ concludit ex predi
ctis duos habitus:ſunt quedā malitie ꝓpter hoc ꝙ con/
trariantur virtuti ꝓpter receſſum a medio.non tñ ſunt
opprobrioſi:q: neq̄ inferunt aliqđ nocumētū ꝓximo:l;
non ſunt multū turpes:eo ꝙ difficile eſt in magnis ſum/
ptibus non recedere a medio.

Magnanimitas autē circa magna q̄
dem ex noīe videtur eſſe circa qualia
aūt eſt primū accipiamus:differt au
tem nihil habitum vel eū qui ſm ha
bitum intendere.

¶ Poſtq̄ phs determinauit de virtutibus que ſunt circa
pecunias h̄ determinat de virtutibus que fiunt circa ho
nores.Et p̄mo de magnanimitate que eſt circa magnos
honores.Secūdo de quadam virtute innominata que ē
circa imoderatos honores.ibi.(Videt̄ aūt ⁊ circa hanc
eſſe virtus quedam ⁊c̄.)Circa p̄mū duo facit.Primo in/
ueſtigat materiam magnanimitatis ⁊ oppoſitoꝝ vicioꝝ.
Secūdo determiat actus ⁊ proprietates eoꝝ.ibi.(Ma
xime quidem igitur ⁊c̄.)Circa primū duo facit.Primo
proponit qđ intendit.Scđo manifeſtat ꝓpoſitū ibi.(Vi
detur magnanimus ⁊c̄.)Dicit ergo p̄mo ꝙ ex ipſo noīe
magnanimitatis apparet ꝙ magnanimitas eſt circa ma
gna.opꝫ aūt primo accipere circa qualia magna ſit ⁊ de/
terminat de modo conſiderationis ꝙ nihil differt vtrū
loquamur de ipſo habitu magnanimitatis vel de eo qui
diſponit̄ ſm habitū.i.de magnanimo. ¶ Deiñ cū dicit.

¶ Videtur autē magnanimus eſſe qui magnis
ſeipſum dignificat dignus exiſtens.

¶ Manifeſtat ꝓpoſitū.Et circa hoc duo facit.Prio ma/
nifeſtat materiam magnanimitatis in generali.Secūdo
in ſpeciali.ibi.(Si autem vtiq̄ magnus ⁊c̄.)Circa p̄mū
duo facit.Primo oſtendit ꝙ magnanimitas ē circa ma/
gna.Secūdo oſtendit quō circa eadē fiunt vicia oppoſi/
ta.ibi.(Qui aūt magis ſeipſum dignū facit ⁊c̄.) Tertio
quō virtus conſiſtit in medio.ibi.(Eſt aūt ⁊c̄.)Circa pri
mum tria facit.Primo ꝓponit qđ intendit dicens ꝙ il/
le videt̄ eſſe magnanimus qui dignū ſeipſū eſtimat ma
gnis.i.vt magna faciat.⁊ magna ei fiant.cū tamen ſit di
gnum. ¶ Secundo ibi.

¶ Qui enim nō ſm dignitatē id facit inſipiens:
eoꝝ aūt qui ſꝫ virtutē nullus inſipiēs neq̄ ſtul
tus magnanimus q̄dē igitur qui dictus eſt.

¶ Oſtendit ꝙ ad magnanimū requirat̄ ꝙ ſit dign⁹ ma/
gnis.ille.n.qui magnis ſe dignificat non ſm dignitatem
.i.quoꝝ non eſt dignus eſt inſipiens.ſapientis.n.eſt in oī
bus debitum ordinem ſeruare:non aūt virtuoſus eſt inſi
piens vel ſtultus:q: virtus operatur ſm rationem rectā
vt in ſecūdo habitū eſt.ſic igitur pꝫ ꝙ magnanimus eſt
ille qui dictus eſt qui.ſ.dignus eſt magnis quibus ſeipm̄
dignificat. ¶ Tertio ibi.

¶ Qui enim paruis dignus ⁊ his dignificat ſe/
ipſum tꝑatus. Magnanimus aūt nō:in magni
tudine enim magnanimitas quēadmodū ⁊ pul
chritudo in corpore magno.parui aūt ⁊ formoſi
⁊ cōmenſurati:pulchri aūt non.

¶ Oſtendit ꝙ magnanimus dignificet ſeipſum magnis.
ille enim qui eſt dignus paruis ⁊ his ſeipſum dignificat
poteſt dici tꝑatus prout temperantia ſumitur pro qua/
cūq̄ moderatione.nō tñ pōt de magnanimis.q: magna/
nimitas conſiſtit in quadā magnitudine.ſicut pulchri/
tudo ꝓpꝛie cōſiſtit in corpore magno.vñ illi qui ſunt par
ui pñt dici formoſi propter decentiā coloris ⁊ ꝓpter de
bitā cōmenſurationem mēbroꝝ.non tñ pñt dici pulchri

ppter magnitudinis defectum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qui aūt magnis ſeipſum dignum facit indignus exñs chaymus: qui aūt maioribus ꝙ dignus non eſt omnis chaymus.

¶ Oſtendit quō circa magna ſe habeant oppoſita vicia. Et primo quō ſe habeat circa magna vicium qđ eſt in exceſſu. 2° quō ſe habeat circa magna vicium quod eſt in defectu. ibi. (Qui aūt minoribus ꝙ dignus ꝛc.) Dicit ergo pͥmo ꝙ ille qui eſtimat ſe ipſum dignuꝫ magnis cū ſit indignus vocatur caymus. i. fumoſus quē poſſumus dicere ventoſum vel preſumptuoſum. ſed ille qui eſt dignus magnis. ꝛ adhuc maioribus ſe dignū eſtimat. nō ſꝫ vocamus caymus: eo ꝙ difficile ē menſurā rectā attigere: vt aliqs nō maiorib⁹ ſeipꝫ dignū eſtimet. ¶ Deiñ cū dicit.

¶ Qui aūt minoribus ꝙ dignus puſillanimus ſiue magnis ſiue moderatis ſiue paruis dign⁹ exiſtens adhuc minoribus ſeipſum dignificet: ꝛ maxime vtiqꝫ videbitur ſi videat̄ magnis dignus: qđ eñi faceret niſi talib⁹ eēt dignus.

¶ Oſtendit quō ſe habeat ad magna viciū eſt qđ in defectu. ꝛ dicit ꝙ ille qui eſtimat ſeipſum dignū minoribus ꝙ ſit dignus vocatur puſillanimus: ꝛ hoc ſiue ſit dignus magnis ſiue mediocribus ſiue paruis. dum tñ adhuc minoribus ſeipſum dignificet: maxime tñ vocat̄ puſillanimus ille qui eſt dignus magnis: ſed intendere recuſet ꝛ itendit aliquibus. multo. n. magis ad parua ſe deyceret niſi eſſet magnis dignus. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Eſt āt magnanimus magnitudine qdē extremus eo aūt ꝙ vt oꝫ medius. eo enim ꝙ ſm dignitatem ſeipſum dignificat. hi aūt ſuperabundant ꝛ deficiunt.

¶ Oſtendit quō magnanimitas ſit in medio. videt̄. n. ſi ē circa magna ꝙ ſit in extremo. nam cum equale medium ſit inter magnū ꝛ paruū. magnū hꝫ rōnem extremi. vnde dicit ꝙ magnanim⁹ quidem quātum ad magna quibus ſeipſum dignificat in extremo conſiſtit. ſed inquātū hoc facit ſm hoc qđ opꝫ conſiſtit in medio: qꝛ. ſ. ſeipſum dignificat magnis ſm ſuam dignitatē. mediū. n. virtutis nō attenditur ſm ꝙtitatē rei. ſed ſm rōneꝫ rectam. vñ quātūcūqꝫ ſit opus qđ homo faciat: dūmodo a ratione recta nō recedat: nō ppter hoc eſt extra mediū virtutis. ſed vicia oppoſita ſupabūdāt, ꝛ deficiunt ab eo qđ oꝫ. ¶ De. cū. d.

¶ Si aūt vtiqꝫ magnis ſeipſuꝫ dignificat dign⁹ exñs: ꝛ maxime maximis: circa vnū vtiqꝫ erit maxime. Dignitas aūt dicit̄ ad ea que exterius bona. Maximū hoc aūt vtiqꝫ ponem⁹ qđ dijs attribuimus: ꝛ qđ ēt maxime deſiderāt qui in dignitate: ꝛ qđ in optimis premiū: tale autē honor. Maximū eñi hoc eoꝝ vtiqꝫ que exterius bonoꝝ circa honores vtiqꝫ ꝛ inhonorationes magnanimus eſt vt opꝫ.

¶ Manifeſtat materiaꝫ magnanimitatis in ſpāli. Et circa hoc tria facit. Primo oſtēdit ꝙ magnanimitas eſt circa honores. Secundo oſtendit quō circa hoc ſe habeant vicia oppoſita. ibi. (Puſillanimitas aūt ꝛc.) Tertio oſtēdit quō magnanimitas ſe habeat ad alias virtutes. ibi. (Magnanimitas autem ſiquidē ꝛc.) Circa pͥmū autem oſtendit duplr. Primo quidem per rōnem dicens qđ ſi magnanimus dignificet ſeipſum magnis tanꝙ eis dign⁹ exiſtens: cōſequens eſt ꝙ maxime dignificet ſeipſuꝫ maximis ꝛ vltimis: ꝙ magnanimitas ſit pͨipue circa vnū. qꝛ id qđ per excellentiam dicit̄ vni attribuit̄. cū aūt dicitur eſſe aliquibus dignus talis dignitas refert̄ ad bona exteriora que homini pro premio dant̄. illud aūt oꝫ ponere maximū qđ deo attribuit̄. ꝛ qđ maxime deſiderat̄ ab his qui ſunt in dignitate. ꝛ qđ ē pmiū optimoꝝ actuū. hꝫ aūt eſt honor. honorē. n. deo exhibemus. honor etiam eſt quē requirunt hi qui ſunt in dignitate. honore etiam premiantur virtuoſi actus. vnde manifeſtū eſt: ꝙ honor eſt optimū inter omnia exteriora bona. ꝛ ita ſequitur ꝙ magnanimitas maxime attendat̄ circa honores ꝛ oppoſita iquantū. ſ. magnanimus ſe habeat circa talia ſecūdū ꝙ oportet. ¶ Secundo ibi.

¶ Et ſine rōne: vident̄ āt magnanimi circa honores eſſe: honore aūt maxie magnificant ſeipſos ſm dignitatem.

¶ Manifeſtat ppoſitū per experimentū dicens: ꝙ etiaꝫ ſine ratiōe apparet ꝙ magnanimitas ſit maxie circa honorem. ꝛ hꝫ p experimentū videmus: ꝙ magnanimi maxime dignificant ſeipſos honore: ſed nō ſupra dignitatē. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Puſillanim⁹ aūt deficit ꝛ ad ſeipſuꝫ ꝛ ad magnanimi dignitatē: chaymus ħo ꝛ ad ſeipſum qdē ſuperabundat nō tñ ad magnanimū.

¶ Oſtendit quō oppoſita vicia ſe habeant circa predictā materiam. ꝛ dicit ꝙ puſillanimus deficit per reſpectuꝫ ad ſeipſum. qꝛ. ſ. dignificant ſe minoribus ꝙ digni ſint. ꝛ etiam per reſpectum ad dignitatem magnanimi. qꝛ. ſ. dignificat ſeipſum minoribus ꝙ magnanimus ſit dign⁹. ſꝫ caymus. i. preſumptuoſus ſupabundat quidē per reſpectum ad ſeipſum. qꝛ. ſ. magnificat ſeipſum maioribus ꝙ ſit dign⁹: non tñ ſuperabūdat magnanimum. qꝛ. ſ. non dignificat ſeipſum maioribus ꝙ magnanimus ſit dignus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Magnanimus aūt ſiquidē maximis dignus 8m
optimus vtiqꝫ erit. Maiori enim ſemper melior dignus ꝛ maxime optimus vt vere. ergo magnanimum opꝫ bonum eſſe.

¶ Determinat de magnanimitate per cōparationem ad alias virtutes. Et hic duo facit. Primo oſtēdit ꝙ magnanimitas nō eſt ſine alijs virtutibus. Secūdo manifeſtat quaſdam concluſiones ex dictis. ibi. (Videt̄ quidē igitur ꝛc.) Circa primū duo facit. Primo oſtendit per rōnē cōem ꝙ magnanimitas non ē ſine alijs virtutibus. Secundo oſtendit idem per ea que in ſingulis apparēt. ibi. (Scđm ſingula aūt ꝛc.) Circa pͥ⁹ duo facit. Primo oſtēdit quid facit magnanimitatē eē ſpecialiter virtutē. ibi. (Videt̄ aūt eſſe ꝛc.) Secūdo excludit quēdā errorē. ibi. (Et nequaꝙ vtiqꝫ ꝛc.) Dicit ergo pͥmo ꝙ cū magnanim⁹ dignificet ſeipſum maximis bonis ꝛ eis dign⁹ exiſtit: conſequens eſt vt ſit optimus. maiori. n. bono ſemper dign⁹. ꝛ per ꝯñs ille qui maximis dignus: oꝫ ꝙ ſit optimus. oꝫ ergo ꝙ magnanimus vere ſit bonus. aliogn nō eēt dign⁹ maximis honoribus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Videbitur auteꝫ eſſe magnanimi qđ in vnaquaqꝫ virtute magnum.

¶ Oſtendit per quid magnanimitas ſit ſpecialis virtus cū comitetur alias virtutes. ꝛ dicit ꝙ ad magnanimitatem videt̄ pertinere id qđ eſt magnū in vnaquaqꝫ virtute propter hoc ꝙ nō eſt dignus magno honore q̄ nō operatur magnum virtutis actum. ſic igitur actus alicuius

alterius virtutis operat᷑ illa virtus attendens id qđ ē ꝓ/ priũ ſibi. puta fortitudo intendit fortiter agere: magna/ nimitas attendit magna operari in fortiter agendo. ⁊ qꝛ moralia ſpēm habent ex fine quem intendunt: manife/ ſtum eſt ꝙ magnanimitas ⁊ fortitudo ſpē differũt. lꝫ cir/ ca idem operent᷑: qꝛ. ſ. nō ad eādē rōnem motiui attendit vtraqꝫ virtus. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Et nequaqꝫ vtiqꝫ cōgruit magnanimo fuge/ re cōmouentem neqꝫ iniuſta facere: cuius enĩ gratia opabit᷑ turpia cui nihil magnum.

❡ Excludit quēdam errorē. videt᷑ enĩ quibuſdā ꝙ ad ma gnanimũ pertineat vt ſuo ſenſui ſemper innitat᷑: ⁊ nulli⁹ āmonitionem ſequat᷑. ⁊ ꝙ non dubitet cuicũqꝫ iniuſtitiā facere. ſed phs dicit hoc eſſe falſum: qꝛ nullus operat᷑ ali/ quid indecens niſi propter appetitũ alicui⁹. ſed magnani mus non tñ appreciat᷑ quācũqꝫ rem exteriorē: vt pp eā aliquid turpe operari velit. ❡ Deinde cũ dicit.

❡ Scđm ſingula aũt intendenti: oīno deriſibi/ lis vtiqꝫ videbitur magnanimus nō bonus exi/ 9ᵐ ſtens. ❡ Non erit autem vtiqꝫ neqꝫ honore di gnus prauus exiſtens. virtutis enim premium honor: ⁊ attribuitur bono.

❡ Manifeſtat qđ dictum eſt per ea que in ſingulis appa/ rent. ⁊ dicit ꝙ ſiquis velit ad ſingularia intendere oīno videbitur deriſibilis: qui reputat ſe magnanimũ niſi ſit bonus: qꝛ ſi ſit malus non erit dignus honore. nā honor ē premiũ virtutis. vnde magnanim⁹ dignificat ſeipſuꝫ ma gnis honoribus. vnde non poteſt eſſe aliquis malus ſi ſit magnanimus. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Videt᷑ qdem igitur magnanimitas quidam ornatus eſſe virtutum. Maiores enim ipſas facit: ⁊ non ſit ſine illis: propter hoc difficile ē ſm veritatem magnanimum eſſe: non enĩ poſ ſibile ſine bonitate.

❡ Infert duas concluſiones ex premiſſis. Quarũ prima ē ꝙ magnanimitas videt᷑ eſſe ornatus quidam oīum vir/ tutum: qꝛ per magnanimitatē oēs virtutes efficiunt᷑ ma iores: eo ꝙ ad magnanimitatē pertinet operari magnuꝫ in omnibus virtutibus. ⁊ ex hoc creſcunt virtutes. ⁊ iteꝝ non ſit magnanimitas ſine alijs virtutibus. ⁊ ſic videtur ſuperaddi alijs tanqꝫ ornatus eaꝝ. Secũda cōcluſio eſt ꝙ difficile eſt eſſe vere magnanimum. qꝛ magnanimitas nō pōt eſſe ſine bonitate virtutis: ⁊ etiam ſine magna vir tute: cui debeat᷑ magnus honor: hoc aũt conſequi eſt diffi cile. vñ difficile eſt hominē magnanimum eſſe.

Maxime quidē igitur circa honores ⁊ inhonorationes magnanimus eſt.

❡ Poſtqꝫ phs īgſiuit māꝫ magnanimitatis ⁊ oppoſitoꝝ vicioꝝ. hic determinat đ actib⁹ ⁊ ꝓprietatib⁹ eoꝝ. Et p̊ đtermīat de magnanimitate eoꝝ. Scđo đ oppoſitis vicijs. ibi. (Deficiēs āt puſillāim⁹ ⁊c.) Circa p̄ᵐ duo facit. Prīo oñdit qualr̄ magnanim⁹ opere tur circa māꝫ. Secũdo determinat proprietates magna/ nimi. ibi. (Non eſt aũt ⁊c.) Circa pᵐũ duo facit. Primo oſtendit qũo ſe habeat circa honores qui ſunt materia propria magnanimitatis. Scđo qũo ſe habeat circa alia. ibi. (Sed adhuc ⁊ circa diuitias ⁊c.) Circa pᵐũ duo fa/ cit. Primo reſumit qđ ſupra dictũ eſt de materia magna nimitatis. ⁊ dicit ꝙ ex ſupra dictis pꝫ ꝙ maxime ⁊ princi palr̄ dr̄ eē aliquis magnanimus: eo ꝙ bene ſe hꝫ circa ho nores: ⁊ oppoſita. ſ. inhonorationes. eadē virtus eſt circa oppoſita: ſic̄ fortitudo circa timores ⁊ audacias. ❡ 2ᵒ ibi.

❡ Et in magnis ⁊ ſtudioſis moderate delecta/ bitur vt propria adipiſcens vel minora: virtu/ ti enĩ perfecte non vtiqꝫ fiet dignus honor. Sꝫ tñ ⁊ adhuc recipiet in non habendo ipſos ma/ iora ipſi tribuere.

❡ Oſtendit qualiter ſe habeat circa hꝫ materiaꝫ. ⁊ primo oſtēdit qualr̄ ⁊ qũo ſe hēat circa magnos honores dicēs: ꝙ ſi magnanimis exhibeant᷑ magni ⁊ boni honores: ⁊ ꝓ bonis actibus moderate de aliquibus delectatur. conti/ git. n. ꝙ aliquis īmoderate delectat᷑ de aliqbus adeptis: ex eo ꝙ ex inſperato ſibi aduenitũt ⁊ admirat᷑ ea qͣſi que dam maxima ſupra ſeipſum exiſtentia. ſed cũ magnani/ mus adipiſcitur: exiſtimat quaſi quedā bona ꝓprie ſibi cōuenientia. ⁊ adhuc minora qꝫ ei debeant᷑. cōſiderat enĩ ꝙ nullus honor exterius ab hominibus exhibitus eſt cō dignũ premiũ virtutis: qꝛ bonũ rōnis ex quo laudat᷑ vir tus excedit omnia exteriora bona. nec tñ propter hoc in/ dignat᷑ ꝙ ſibi minora exhibent᷑ qꝫ debeantur. ſꝫ recipit equũ conſiderans ꝙ homines non habent aliqua maio/ ra que ei retribuant᷑. ❡ Secũdo ibi.

❡ Eum autē qui a contingentibus ⁊ in paruis oīno ꝑuipendet. Non enim his dignus.

❡ Oſtēdit qũo ſe habeat circa paruos honores ⁊ dicit: ꝙ ſi exhibeant᷑ ſibi honores a contingentib⁹. ⁊ ſi honoret᷑ ꝓ quibuſcũqꝫ alijs rebus preter virtutē. puta ſi honoretur propter diuitias: vel ꝓpter aliquid hꝫ. vel ſi honoret᷑ in aliquib⁹ paruis honorib⁹ tales honores cōtemnet: quia reputat ſe non eſſe talibus honorib⁹ dignũ. nō enĩ ſufficit virtuoſo vt honoret᷑ tanqꝫ diues. ❡ Tertio ibi.

❡ Similr̄ aũt ⁊ inhonoratione nō erit iuſte cir/ ca ipſuꝫ. maxie qdē igit᷑ eſt queadmodũ dictuꝫ eſt. magnanimus circa honores.

❡ Oſtendit qũo ſe habeat circa īhonorationes. ⁊ dicit ꝙ in hoc ſe hꝫ moderate. ſicut enim non extollitur magnis honoribus: ita animus eius non deycitur per contumeli as. qꝛ conſiderat iniuſte eas ſibi inferri. Sic igitur mani feſtum eſt ꝙ magnanimus maxime laudatur circa ho/ nores. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Sed adhuc circa diuitias ⁊ potentatũ ⁊ oēm bonā fortunam ⁊ infortuniũ moderate habe/ bit quomodocũqꝫ fiant: ⁊ neqꝫ bene fortunat⁹ vtiqꝫ gaudioſus erit: neqꝫ infortunatus triſtis. neqꝫ enim circa honorē ita hꝫ vt maximũ ens: potentatus enim ⁊ diuitie pp honorē fient de lectabilia: hñtes igitur ipſa: honorari per ipſa volunt. Cui aũt ⁊ honor paruũ eſt huic ⁊ alia: pp qđ deſpectores vident᷑ eſſe.

❡ Oſtendit qũo ſe habeat magnanimus circa quaſdam ſecũdarias materias: puta circa diuitias: ⁊ circa alia hꝫ. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit qũo magnanim⁹ circa talia operet᷑. Secũdo oſtendit qũo talia conferant aliqꝫ magnanimitatē. ibi. (Videt᷑ āt ⁊ bone fortune ⁊c.) Dicit ergo pᵐo: ꝙ quãuis magnanim⁹ pncipalr̄ ſit circa honores. ē tñ adhuc ſecũdario circa diuitias ⁊ potētat⁹. ⁊ omnia que pertinent ad bonam fortunam: inqꝫtum. ſ. propter hoc aliquis honoratur. ⁊ iterum tam circa iſta qꝫ circa infortunia magnanim⁹ moderate ſe habebit quali tercumqꝫ ſibi accidat. ita. ſ. ꝙ neqꝫ ſi ſit bene fortunat⁹ ſu ꝑflue gaudebit: neqꝫ ſi ſit infortunatus ſuperflue triſta/

bitur:ꝙ ꝓbat per hoc ꝙ ſupra dictum eſt:ꝙ moderate ſe hꝫ circa honores:que tn̄ ſunt maximum quid inter oīa exteriora bona:ꝙ pꝫ ex hoc ꝙ taꝫ potentatus q̄ꝫ diuitie deſiderant̄ propter honorē:prout.ſ.homines habētes talia volunt honorari per ipſa.ſi ergo magnanimus ipſum honorem paruū eſtimat vt non ſuperflue pro ipſo gaudeat:multo magis ⁊ alia reputabit parua:ita ꝙ non ſuperflue gaudebit pro eis.⁊ inde eſt ꝙ a quibuſdam iudicantur eſſe deſpectores pro eo ꝙ exteriora bona contemnunt:⁊ ſola interiora bona virtutis appreciantur.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Videntur autem ⁊ bone fortune conferre ad magnanimitatem. Nobiles enim dignificant̄ honore ⁊ potentes ⁊ ditantes:in ſuperexcellentia enim:bono autem ſuperexcellens oē honorabilius. Propter ꝙ ⁊ talia magnanimiorez faciunt:honorant̄ enim a quibuſdam:ſm veritatē aūt bonꝰ ſolus honorādus. Cui aūt ambo exiſtunt:magis enim dignus fit honore.

¶ Oſtendit qūo exteriora bona fortune vident̄ aliquid cōferre ad magnanimitatē:inquātuꝫ.ſ.propterea aliqui reputant̄ digni honore.puta nobiles ⁊ potentes vel diuites.omnia.n.iſta conſtant in quadam ſuperexcellentia:put nobiles excedunt ignobiles:⁊ ſic de alȷ̄s.oē autem illud ꝙ ſuperexcedit in bono eſt magis honorabile.honor.n.eſt quedā reuerentia que debetur ſuperexcellenti bono.⁊ qꝛ magnanimus eſt dignus honore.inde eſt ꝙ talia faciunt homines magis magnanimos:prout.ſ.honoratur a quibuſdam vulgaribꝰ hoībus qui ſola hec bona cognoſcunt:ſed ſm rei veritatem ſolus bonus.i.virtuoſus eſt honorādus:qꝛ.ſ.honor eſt ꝓpriū premiū virtutis:ſi aliquis habeat ambo ſimul.ſ.virtutem ⁊ bona fortune fiet magis dignus honore.inquātū.ſ.vtraqꝫ materia eſt honorabilis:⁊ ſm veritateꝫ ⁊ opinionem ipſa etiam bona fortune organice deſeruiunt ad operationes ꝟtutum.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Qui āt ſine virtute talia bona hn̄t:neqꝫ iuſte magnis ſeipſos dignificant neqꝫ recte magnanimi dicunt̄.ſine virtute enim ꝑfecta non ſunt hec.deſpectores aūt ⁊ iniuriatores ⁊ talia habentes efficiunt̄ mali.ſine virtute enim non facile ferre moderate bonas fortunas.non potētes aūt ferre ⁊ exiſtimātes alios ſuperexcellere:illos quidē contemnunt:ipſi auteꝫ ꝙcūqꝫ vtiqꝫ continget operantur. Imitantur eni magnanimum non ſimiles exiſtentes.hec aūt operantur in quibus poſſunt. ¶ Que quidem igi-

iom tur ſm virtutem non operantur:cōtemnūt aūt alios:magnanimus autem iuſte contēnit. Glorificat enim vere multi aūt contingenter.

¶ Oſtendit ꝙ bona fortune ſine virtute non poſſunt facere magnanimum.⁊ dicit ꝙ illi qui habent talia bona ſine virtute non poſſunt reputare ſe dignos magnis honoribus.vnde nec recte magnanimi dicunt̄:qꝛ ꝙ ſit dignus magnis:⁊ ꝙ ſit magnanimus:non poteſt contingere ſine virtute perfecta:vt ſupra dictū eſt.Sed qui virtute carent ꝓpter excellentiam exterioꝝ deſpiciunt alios.⁊ iniuriant̄ eis:⁊ i ſilīa mala incidunt:eo ꝙ nō ē facile ꝙ quis pōt ſe moderare ferat bona fortune ſine virtute.h enim eſt magnum opus virtutis:vt aliquis moderate ſe habeat in bonis fortune.vnde cū illi careāt virtute:non poſſunt bene ferre fortunas.dum exiſtimāt ꝙ ſimpl'r excellant aliquos quos diuitȷ̄s excellunt:cōtemnūt eos.⁊ qꝛ nō reputant aliquā excellentiā operari ſm virtutē:iō non curant operari aliquid boni:ſed operant̄ quicqd venit ad cor.volunt.n.imitari magnanimū.cū tn̄ non ſint ei ſimiles.imitant̄ aūt euꝫ in quibus poſſunt.non quidē in hoc ꝙ operent̄ ſm virtuteꝫ:ꝙ maxime facit magnanimus:ſed in hoc ꝙ contemnūt alios:non tn̄ eodē modo ſicut magnanimus.nā magnanimus iuſte ꝯtemnit.ſ.malos.⁊ vere glorificat.ſ.bonos.Sed multi qui carent virtute cōtemnūt.⁊ glorificant indifferenter qualitercūqꝫ:cōtemnendo.ſ.interdū bonos:⁊ glorificando malos.

Non eſt autem picnocindynos neqꝫ philocindinos propter pauca honorare. Megalocindinos autem.

cātes.ſ. a.d.⁊.b. g. ſit ğ edificatoꝛ.a coꝛiariꝰ.b. domus q̄ eſt opꝰ edificatoꝛis . g. calciamentū q̄ eſt opus coꝛiarij .d. oꝫ igit̃ ꝙ qñꝗ edificatoꝛ accipiat a coꝛiario opus eius.ſ. calciamētū . oꝫ aūt ⁊ ipſe ꝑ retributiōe dare ei opꝰ ſuū.ſi ğ ꝑ adueniat̃ ẜꝫ ꝓpoꝛtionabilitatē eq̄litas:vt.ſ.ꝯſtituant̃ ex vna pte tot calciamēta ꝯ vnā domū:naꝫ plures expēſas facit edificatoꝛ ī vna domo ꝗ̄ coꝛiariꝰ ī vno calciamēto.Deiñ fiat ꝯpaſſum.vt.ſ. edificatoꝛ accipiat multa calciamēta adequata vni domui.⁊ coꝛiarius vnā domum erit q̄ dr̃ .ſ.retributio ẜm ꝓpoꝛtionē facta per diametralem ꝯiunctionē:qꝛ.ſ.calciamēta ꝓpoꝛtionata dant̃ edificatoꝛi:cui ẜm diametrū opponit̃ .⁊ domus coꝛiario : ſi aūt non ſic ⁊ fiat retributio nō erit eq̄litas reꝝ cōmutataꝝ:⁊ ſic hoīes nō poterūt adinuicē cōmanere:eo ꝙ nihil ꝓhibet opus vnius artificis eſſe meliꝰ ꝗ̄ opus alteriꝰ: ſicut domus ꝗ̄ calciamentum.⁊ ideo opoꝛtet hoc adinuicem adequari ẜm dictam pꝛopoꝛtionabilitatem:ad hoc ꝙ fiat iuſta cōmutatio. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Eſt autem hoc ⁊ in alijs artibus. deſtruerent̃ enim ſi non fecerit faciens ⁊ quantuꝫ ⁊ quale ⁊ patiens paſſus eſt ⁊ hoc ⁊ tantū ⁊ tale. Nō enim ex duobus medicis fit cōmutatio : ſed ex medico ⁊ agricola ⁊ oīno alteris ⁊ non equalibus: ſed hos opoꝛtet equari.

❡ Oſtēdit idē eſſe in alijs artibus.⁊ dicit ꝙ hoc q̄ dictū eſt de edificatoꝛe ⁊ coꝛiario.eſt etiā obſeruādū in alijs artibus.vt.ſ.fiat ꝯtrapaſſum : ⁊ cōmutatio ẜm ꝓpoꝛtionabilitatē diametralē.deſtruerent̃ enī artes:ſi nō tm̄ ⁊ tale recipet aliqs:quātum ⁊ quale faceret. ⁊ hoc oꝫ adinuenire ẜm modū ꝑdictū . non enī ſemꝑ cōicāt ſibi mutuo ſua opa duo hoīes vniꝰ artis:puta duo medici:ſꝫ plerūqꝫ homines diuerſaꝝ artiū:puta medicꝰ ⁊ agricola : ⁊ oīno diuerſi ⁊ ineq̄les:quos tm̄ opꝫ equari ẜm moduꝫ ꝑdictum.

PRopter quod omnia cōparata opoꝛtet aliqualiter eſſe quoꝛum eſt cōmutatio : ad quod nummiſma venit : ⁊ fit aliqualiter mediū. omnia enim mēſurat:quare ⁊ ſuperabundantiam ⁊ defectuꝫ.

❡ Poſtꝗ̄ phs ꝓpoſuit formā ꝓpoꝛtionabilitatis:ẜꝫ quā ꝯpaſſum eſt idē in cōmutationibꝰ.hic oſtēdit qualr̃ ꝑdicta forma ꝓpoꝛtionabilitatis poſſit obſeruari.Et ꝑ oſtēdit ꝓpoꝛtōeꝫ.Scđo manifeſtat que dicta ſunt.ibi.(Om̄ autē indigētia ⁊c̃.)Circa ꝑmū duo facit . Pꝛimo oſtēdit ꝙ ad ꝑfectā formā ꝓpoꝛtionabilitatis obſeruādum neceſſe eſt oīa cōmēſurare.Secundo oſtendit q̄uo ꝑ hꝰ cōmēſurationē fiat iuſte ꝯtrapaſſum in cōmutatiōibꝰ.ibi.(Erit vtiqꝫ ꝯpaſſum ⁊c̃.)Circa ꝑmū tria facit.Pꝛimo ꝓponit qd ſit illud per q̄ oīa cōmēſurant̃ . Scđo oſtēdit q̄uo talis cōmēſuratio in cōmutationibꝰ fiat.ibi.(Quāta qdem vtiqꝫ ⁊c̃.)Tertio aſſignat rōnē ꝑdicte cōmēſurationis.ibi. (Oꝫ enī vno ⁊c̃.)Dicit ergo ꝑmo ꝙ ad hoc ꝙ opa diuerſoꝝ artificū adequentur:⁊ ſic cōmutari poſſint:oꝫ ꝙ oīa illa quoꝝ pōt eſſe cōmutatio:ſint equaliter adinuicē cōparabilia:vt.ſ.ſciat̃ qd eoꝝ plus valeat:⁊ qd minus:⁊ ad hoc inuēta eſt moneta.i.denariꝰ:per quā mēſurant̃ ꝑcia taliū reꝝ:⁊ ſic denariꝰ fit quoddā mediū:inquātum.ſ.oīa mēſurat:⁊ ſuꝑabundātiā ⁊ defectū: inquātum vna res ſuperexcedit aliā:ſicut ſupꝛa dictuꝫ eſt:ꝙ medium iuſtitie eſt q̄ menſurat ſuperabundantiam ⁊ defectum. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Quanta quedam calciamēta equale domui vel cibo.opoꝛtet igitur ꝙ edificatoꝛ ad coꝛiarium tanta calciamenta ad domum vel cibum. ſi enim non hoc:non erit commutatio neqꝫ cōmunicatio.Hoc autem ſi non equalia ſunt aliqualiter non erit.

❡ Oſtēdit q̄uo ẜm cōmenſuratōeꝫ ꝑdictā fit cōmutatio. lꝫ ergo domus ſit magis in ꝑcio ꝗ̄ calciamētū:tm̄ aliquāta calciamēta adequāt in ꝑcio vnā domū : vel cibū vniꝰ hoīs per aliq̄ longū tēpus.oꝫ igit̃ ad hoc ꝙ ſit iuſta cōmutatio:vt tāta calciamēta dent̃ pꝛo vna domo: vel pꝛo cibo vnius hoīs:quātum edificatoꝛ vel agricola excedit coꝛiariū in laboꝛe ⁊ in expēſis:qꝛ ſi hoc nō obſeruet̃ non erit cōmutatio:neqꝫ hoīes ſibiinuicē ſua bona cōicabūt: illud aūt q̄ dictū eſt.ſ.ꝙ aliqua calciamēta dentur pꝛo vna domo non poterit eſſe niſi ſint equalia calciamenta domui. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Opoꝛtet igitur vno aliquo omnia menſurari:quemadmodum dictum eſt pꝛius: hoc eniꝫ ẜm veritatem quidem opus: quod omnia continet.ſi enim nihil indigerent vel non ſimiliter: vel non erit commutatio: vel non eadem indigentia:puta pꝛopter commutationem neceſſitatis nummiſma factuꝫ eſt ẜm compoſitionē. ⁊ pꝛopter hoc nomen habet nummiſma:quoniam non natura:ſed noma eſt: ⁊ in nobis eſt tranſmutare ⁊ facere inutile.

❡ Aſſignat rōnē ꝑdicte cōmēſuratiōis:que fit per nūmiſma.⁊ dicit ꝙ ideo pn̄t oīa adeq̄ri:qꝛ oīa pn̄t cōmēſurari ꝑ aliqd vnū:vt dictū eſt.hoc aūt vnū q̄ oīa mēſurat ẜm rei v̾itatē eſt indigētia:que ꝯtinet oīa cōmutabilia:inꝗ̄tum oīa referunt̃ ad humanā indigentiā.non enī appꝛeciant̃ ẜm dignitatē nature ipſoꝝ.aliogn vnus mus:q̄ ē aīal ſenſibile:maioꝛis ꝑcij eſſet ꝗ̄ vna margarita que eſt res inaīata.ſꝫ rebꝰ ꝑcia imponunt̃ ẜm q̄ hoīes indigēt eis ad ſuū vſuꝫ. ⁊ hꝰ ſignū eſt: ꝙ ſi hoīes nullo indigerēt nulla eſſet commutatio . vel ſi non ſimiliter indigerent .i.nō his rebꝰ nō eſſet eadē cōmutatio:qꝛ nō darēt id q̄ habēt pꝛo eo q̄ non īdigerēt.⁊ ꝙ ẜm rei v̾itatē indigētia oīa mēſuret.manifeſtū eſt per hoc ꝙ nūmiſma factū eſt ẜm cōpoſitionē.i.ẜm ꝯuentionē quādā īter hoīes:ꝓꝑ cōmutationē neceſſitatis.i.reꝝ neceſſariaꝝ.eſt enī ꝯditū īter hoīes ꝙ afferēti denariū det̃ id quo īdiget. ⁊ inde eſt ꝙ denarius vocat̃ nūmiſma.nomos enī lex eſt : qꝛ.ſ. denarius non eſt menſura per naturam:ſed nomo.i. a lege: eſt enim in poteſtate noſtra traſmutare denarios ⁊ reddere eos inutiles. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Erit vtiqꝫ cōtrapaſſuꝫ quando equata ſunt: quare ꝙ agricola ad coꝛiarium . hoc opus coꝛiarij ad quod agricole: in figuram autem pꝛopoꝛtionalitatis opoꝛtet ducere quando cōmu-

tabuntur.ſi autem non vtraſqꝫ habebit ſuper/abundantias alterum extremum: ſed cum habent que ipſorum: ſic equales ⁊ communicantes: qm̄ hec equalitas poteſt in ipſis fieri.

¶ Oſtendit quomodo ſm̄ predictam menſurationem cōtrapaſſum iuſte in cōmutationib⁹ fiat. Et p̄ manifeſtat ppo^m. Scḋo ponit in terminis.ibi. (Agricola autē ⁊c.) Dicit ergo primo ꝙ ex quo oīa menſurātur per indigentiam naturalē ⁊ per denarium ſm̄ cōditū hominū: tunc iuſte fiet cōtrapaſſum quādo oīa ſm̄ predictū modum adequabunt̄: ita.ſ. ꝙ quātū agricola: cuius opus eſt cib⁹ hominis: excedit coriariū.cuius opus eſt calciamentū: in tanta ꝓportione excedit opus coriarij opus agricole: vt.ſ. calciamēta multa dentur pro vno modio: ⁊ ita quādo fit cōmutatio reꝝ opꝫ ducere res cōmutādas in dyametrales figuras ꝓportionabilitatis: vt ſupra dictū eſt. ⁊ ſi hoc nō fieret alteꝝ extremū haberet vtraſqꝫ ſuperabundantias.puta ſi agricola daret modiū tritici ꝓ calciamento haberet ſuperabūdantiam laboris in opere. ⁊ haberet ſuperabūdātiā ēt doni: q2.ſ. plus vellet dare ꝗ̄ accipere: ſed quādo omnes habent que ſua ſunt. ſic ſunt equalia: ⁊ ſibi inuicem cōicant: quia predicta equalitas poteſt fieri in ipſis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Agricola a. cibus. g. coriarius. b. opus ipſi adequatum. d. ſi autem ſic nō erat contrapati: non vtiqꝫ erat cōmunicatio.

¶ Ponit in terminis qḋ dictū eſt de figura ꝓportionalitatis: deſcribat̄ ergo ſicut ⁊ pri⁹ quadratū a.b.g.d. ⁊ duo diametri ſe interſecantes a.d.b.g. ⁊ ſit ergo agricola a. cib⁹ qḋ eſt op⁹ ei⁹ g. puta modi⁹ tritici. coriarius ſit b.d. ſit opus coriarij adequatū.i. tot calciamēta que valent modiū tritici: erit ergo iuſte contrapaſſum: ſi coniungatur a. cum d. ⁊ b. cum g. ⁊ ſi nō ſit talis cōtrapaſſio homines nō cōicabunt res ſuas inuicē. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam autē indigentia continet quemadmodū vnum quid ens oſtenditur: quoniā cum nō in neceſſitate ſunt adinuicem vel vterqꝫ vel alter non cōicant: queadmodū cū quo habet ipſe indiget quis: puta vino dantes frumenti eductionē. opꝫ ergo hec equari.

¶ Manifeſtat plenius qḋ ſupra dictū eſt. Et p̄mo manifeſtat qūo res menſurant̄. Secūdo quomodo cōmenſurate cōmutent̄.ibi. (Propter qḋ opꝫ.) Circa p̄mū duo facit. Primo oſtēdit ꝙ neceſſitas ſit menſura ſm̄ rei veritatē. Scḋo qūo denarius ſit mēſura ſꝫ legis poſitionē ibi. (Profutura aūt ⁊c.) Dicit ḡ p̄mo. ꝙ hoc qḋ dictum eſt ꝙ idigētia humana ꝯtinet oīa: ſicut vna q̄dā mēſura oſtēdit̄ per hoc ꝙ qn̄ hoīes hoc mō ſe hn̄t adiuicē ꝙ vel vterqꝫ: vel ſaltē alter nō idigeat re quā alius hꝫ: nō ꝯmutant adinuicē: ſicut ꝯmutant cū aliq̄s ḡ hꝫ frumētū indiget vino qḋ hꝫ alius: ⁊ ita dat frumētū ꝓ vino: vt. ſ. ꝗ̄tū de frumēto def̄ ꝗ̄tū valꝫ vinū. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Pro futura autē cōmutatione. ſi nūnc nihil indiget: quoniā erit ſi indigeat nūmiſma. puta fideiuſſor eſt nobis. Oportet enim hoc ferenti omne accipere. patitur quidem igitur ⁊ hoc idem. Non enim ſemper equale poteſt. verūtamen vult manere magis.

¶ Manifeſtat qūo denarius mēſurat. Circa qḋ ꝯſiderādū eſt. ꝙ ſi ſemp̄ hoīes in pn̄ti nō idigerēt niſi reb⁹ quas inuicē hn̄t: nō oporteret fieri ꝯmutationē niſi rei ad rē. puta frumēta ad vinū: ſꝫ qn̄qꝫ ꝯtingit ꝙ ille cui ſupabūdat vinū ad pn̄s nō idiget frumēto: qḋ hꝫ ille qui idiget vino: ſꝫ forte poſtea idigebit: vel aliq̄ alia re: ſic ḡ future ꝯmutatiōis: nūmiſma.i. denari⁹ eſt nobis q̄ſi fideiuſſor: ꝙ ſi in pn̄ti hō nullo idiget: ſꝫ idigeat in futuro aderit ſibi afferēti denariū illud quo idigebit. oꝫ.n. eē iſtā v̄tutē denarij: vt qn̄ aliq̄s ipꝫ affert ſtatiꝫ ꝯtingat accipe illud quo hō idiget. veꝝ eſt aūt ꝙ ēt denari⁹ patit̄ hoc idē qḋ alie res: ꝙ.ſ. nō ſemp̄ ꝓ eo accipit hō qḋ vult: q2 nō ſemp̄ pōt equale.i. nō ſemp̄ eſt eiuſdē valoris: ſꝫ tamē taliter debet eſſe inſtitutus: vt magis ꝑmaneat in eodē valore ꝗ̄ alie res. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter quod opꝫ omnia appreciari. Sic enim erit ſemper cōmutatio. ſi autem hoc: cōmunicatio. nūmiſma vtiqꝫ queādmodū menſura cōmenſurata faciens equat. Neque enim vtiqꝫ non exiſtente cōmutatione cōmunicatio erit: neqꝫ cōmutatio eq̄litate nō exiſtente: neqꝫ equalitas non exiſtente cōmenſuratione.

¶ Manifeſtat qūo ſꝫ mēſurationē denarioꝝ fit ꝯmutatio reꝝ q̄ denarijs ꝯmēſurant̄. ⁊ circa h̄ tria facit p̄ oſtēdit q̄lr̄ fit ꝯmutatio reꝝ q̄ denarijs mēſurāt̄. Scḋo oſtēdit ſꝫ quā rōnē denarij mēſurēt.ibi. (Scḋm v̄itatem quidē ⁊c.) Tertio pōit qḋ dictū eſt in terminis.ibi. (Dom⁹ in quo autē ⁊c.) Dicit ergo primo. ꝙ ſicut quedam menſura menſurans pp̄ h̄ denarius diutius manet in ſuo valore. oꝫ oīa appreciari denarijs. per hūc.n. modū poterit eē ꝯmutatio reꝝ: ⁊ ꝑ ꝯn̄s cōicatio iter hoīes nūmiſma quidē adequat res ꝯmutabiles: ſicut q̄dā mēſura faciēs res cōmēſuratas. manifeſtat aūt q̄ dicta ſunt: ꝑ hoc ꝙ cōicatio eē nō poterit ſi nō ſit ꝯmutatio: que nō erit ſi nō conſtituatur equalitas in rebus: ⁊ ſi hoc non ſit nō erit commenſuratio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Secundum veritatem quidem impoſſibile tantū differētia ꝯmenſurata fieri: ad opus aūt conuenit ſufficienter. vnū vtiqꝫ oportet eſſe. Hoc autem ex ſuppoſitione: propter quod ⁊ nūmiſma vocatur: hec enim omnia facit ꝯmēſurata. Menſurant̄ enī oīa nūmiſmate.

¶ Oſtēdit per quē modū denarij mēſurent. ⁊ dicit ꝙ res tm̄ differētes ipoſſe eſt ꝯmēſurari ſm̄ veritatē.i. ſꝫ ꝓpetatē ipſaꝝ reꝝ: ſꝫ ꝑ ꝯpationē ad idigētiā hoīū ſufficienter pn̄t ꝯtineri ſub vna mēſura: vn̄ oꝫ eē vnū aliq̄d: q̄ hꝫ oīa mēſurant̄: qḋ q̄dē nō mēſurat ex ſui nā: ſꝫ q2 ita poſitū eſt iter hoīes. vn̄ ⁊ vocat̄ nūmiſma: qḋ q̄dē oīa fac̄ cōmēſurata iq̄tū oīa mēſurāt̄ nūmiſmate. ¶ Deīn̄ cū dic̄.

¶ Domus in quo. a. mnarū quinqꝫ. lectus in quo. b. mna dignus: lectus autem quinta pars domus vtiqꝫ erit. Manifeſtū igitur quāti le/

cti equales domui:quoniaꝫ quinq̃ʒ: qm̃ auteꝫ ſic cõmutatio erat anteq̃ʒ nũmiſma erat manifeſtum eſt. differt enim nihil vel lecti quinq̃ʒ ꝓ domo: vel quanti quinq̃ʒ lecti. Quod quidem igitur iuſtuꝫ: ⁊ qđ iniuſtum eſt dictum eſt.

¶ Manifeſtat qđ dictũ eſt in terminis.dicẽs.ſit a.dom⁹ que valet q̄nq̃ʒ libras.b.ſit lectus qui valeat vnaꝫ librã. ⁊ ſic lectus erit in valore q̄nta pars domus. vnde manifeſtuꝫ eſt q̊t lecti ſint eq̄les in valore vni domui.ſ.q̄nq̃ʒ:⁊ manifeſtũ eſt ꝙ ſic fiebat cõmutatio añq̃ʒ eẽnt denarij. dabanť.n.q̄nq̃ʒ lecti ꝓ vna domo.nihil aũt differt vtruꝫ denť q̄nq̃ʒ:vel quãtũ valẽt q̄nq̃ʒ.vltiõ aũt epilogãdo cõcludit ꝙ dictuꝫ eſt q̄d eſt iuſtũ ⁊ q̄d eſt iniuſtũ.

9m D Eterminatis autem his manifeſtum quoniam iuſta operatio medium eſt eius qđ eſt iniuſtuꝫ facere ⁊ iniuſtuꝫ pati. hoc quidem enim plus habere hoc autem minus eſt.

¶ Poſtq̃ʒ phs oñdit q̃uo iuſtũ ſit mediũ.hic oſtẽdit q̃uo iuſtitia ſit mediũ.Et circa hoc tria facit. Primo ꝓponit qđ intẽdit.Scđo ꝓbat ꝓpoᵐ.ibi.(Hec q̄dẽ iuſtitia ⁊c̃.) Tertio epilogat que dicta ſunt.ibi.(De iuſtitia q̄dẽ igitur ⁊c̃.)Quia v̊o habit⁹ cognoſcunť per actus. Circa pᵐ duo facit. Primo ꝓponit ꝙ oꝑatio iuſtitie ſit medium. Scđo q̃uo ipſa iuſtitia ſit mediuꝫ.ibi.(Iuſtitia aũt medietas ⁊c̃.)Dicit g̊ p̄mo.ꝙ ex p̄miſſis que determinata ſunt:manifeſtũ eſt ꝙ oꝑatio iuſta que eſt oꝑatio iuſtitie ſit mediũ inter iniuſtũ facere ⁊ īter iniuſtũ pati:quoꝝ alteruꝫ eſt plus habere q̃ʒ ſit ſibi debitũ.ſ.iniuſtuꝫ facere. alteꝝ aũt.ſ.iniuſtuꝫ pati eſt min⁹ habere:ꝑꝑ hoc ꝙ p̊uať aliq̄s eo qđ ſibi debeť.act⁹ aũt iuſtitie eſt facere eq̄le:qđ eſt mediũ īter plus ⁊ minus. vñ manifeſte ſeq̄tur ex premiſſis ꝙ iſta operatio mediuꝫ eſt inter iniuſtuꝫ facere ⁊ iniuſtum pati.¶ Deinde cum dicit.

¶ Iuſtitia autem medietas eſt:nõ ẜm eundem predictum moduꝫ predictis virtutibus: ꜱ medij eſt.iniuſtitia auteꝫ extremoruꝫ.

¶ Oſtẽdit qual'r iuſtitia ſit mediũ.⁊ dicit ꝙ iuſtitia non eſt medietas eodẽ mõ quo alie v̊tutes morales:q̄ꝝ vnaqueqꝫ medietas eſt īter duas malitias: ſicut liberalitas que eſt media īter illiberalitatẽ ⁊ ꝓdigalitatẽ:ſꝫ iuſtitia nõ eſt media inter duas malitias.põt aũt dici medietas effectiue inq̃ʒtum.ſ.eſt cõſtitutiua medij:qꝛ.ſ.act⁹ ei⁹ eſt iuſta oꝑatio que eſt mediũ īter iniuſtũ facere ⁊ iniuſtuꝫ pati:quoꝝ duoꝝ alteꝝ tantũ.ſ.iniuſtuꝫ facere ꝑtinet ad malitiã.ſ.iniuſtitiã que eſt extremoꝝ:inquãtũ accipit ſibi plus de bõis ⁊ min⁹ de malis:ſꝫ iniuſtũ pati nõ ꝑtinet ad aliq̃ʒ malitiã:ſꝫ magis ẽ pena.¶ Deinde cũ dicit.

¶ Et quidem iuſtitia eſt habitus ẜm quem iuſtus dr̃ operatiuus ẜm electionẽ iuſti: ⁊ diſtributiuus ⁊ ipſi ad aliũ: ⁊ alteri ad alteꝝ.

¶ Probat qđ dictũ eſt.ſ.ꝙ iuſtitia nõ ſit medietas duaꝝ malitiaꝝ:ſicut alie v̊tutes morales.Et circa hoc duo facit. Primo aſſumit q̄d ſit iuſtitia. Scđo q̄d ſit iniuſtitia ibi.(Iniuſtitia aũt ⁊c̃.)Dicit g̊ p̊.ꝙ iuſtitia eſt habit⁹ ẜꝫ quẽ ille q̄ eſt iuſtus dr̃ eẽ oꝑatiu⁹ iuſti:⁊ hoc ẜꝫ electionẽ: qꝛ ſicut ſupra in ſcđo dictũ eſt:virt⁹ moralis eſt habit⁹ electiuus.hoc aũt ꝙ dr̃ oꝑatiu⁹ iuſti põt referri ad iuſtitiaꝫ directiuã ꝯmutationũ:in q̃ apparet magis rõ iuſtitie ꝑꝑ eq̄litatẽ rei.vñ addit ⁊ diſtributiu⁹:vt ꝯphendat ẽt iuſtitiaꝫ diſtributiuã:que cõſiſtit in eq̄litate ꝓportionis: põt aũt aliq̄s ẜꝫ electionẽ oꝑari iuſtũ tã in ꝯmutationib⁹ q̃ʒ in diſtributionib⁹.Et hoc dupl'r.vno mõ īter ſe ⁊ alterũ. ⁊ quãtũ ad hoc dicit:⁊ ipſi ſibi ad aliũ.alio mõ īter duos alios:qđ ꝑtinet ad iudicẽ vel arbitrũ.vñ ſubdit.⁊ alteri ad alterũ:q̃uo aũt iuſt⁹ oꝑeť iuſtũ:manifeſtat ꝑ excluſionẽ ꝯ̄rij ſubdẽs ꝙ non ſic facit:ꝙ de reb⁹ eligibilib⁹.puta diuitijs ⁊ honorib⁹ plus ꝯferat ſibi ⁊ min⁹ ꝓximo:⁊ de rebus nociuis.i.laborioſis ⁊ penalib⁹ eꝯ̊ plus ꝓximo q̃ʒ ſibi:ſꝫ eq̄l'r ẜꝫ ꝓportionẽ:⁊ hoc obſeruat nõ ſolum īter ſe ⁊ aliũ:ſꝫ ẽt īter duos alios.¶ Deinde cũ dicit.

¶ Iniuſtitia autem non ſic:quoniam eligibilis quidem plus ipſi.minus autem proximo.nociui autem econuerſo:ſed equalis eius qđ ẜm proportionalitatem:ſimiliter autẽ alij ad aliũ: iniuſtitia autem contrarium iniuſti:hoc auteꝫ eſt ſuperabundantia ⁊ defectus vtilis vel nociui ꝓpter ꝓportionale:propter quod ſuperabundantia ⁊ defectus.Iniuſtus auteꝫ: quoniaꝫ ſuperabundantia ⁊ defectus eſt in ſeipſo quidem ſuperabũdantia ſimpliciter vtilis:defectus aũt nociui:in alijs aũt totũ quidem ſil'r. qđ aũt preter proportionale q̄liter ꝯtingit.

¶ Proponit q̄d ſit iniuſtitia.⁊ dicit ꝙ iniuſtitia eꝯ̄rio eſt habitus ẜꝫ electionẽ oꝑatiu⁹ iniuſti:qđ q̄dẽ ꝯtingit in ſuperabũdãtia vel defectu reꝝ vtiliũ vel nociuaꝝ: q̄s accipit p̄ter debitã ꝓportionem:ꝑꝑ qđ ſicut iuſtitia dr̃ medietas:qꝛ eſt oꝑatiua medij:ita ẽt iniuſtitia dr̃ ſuꝑabundantia ⁊ defectus:quia eſt factiua ſuperadũdantie ⁊ defectus ita quidem ꝙ iniuſtus attribuit ſibi ipſi ſuꝑabũdantiam reꝝ que ſunt ſimpl'r vtiles.defectũ aũt reꝝ nociuaꝝ:ſꝫ alijs q̄dẽ ſil'r attribuũt totuꝫ.i.ſuꝑabundãtiam ⁊ defectũ:ſꝫ nõ in eiſdẽ:ſꝫ defectũ q̄dẽ vtiliũ. ſuꝑabũdãtiaꝫ v̊o nociuoꝝ:nõ tñ eſt determinatũ q̄l'r iniuſtitia debitã ꝓportionẽ relinquat.i.quãtũ plus vl' q̃ʒtũ min⁹ debito accipiat:ſed hoc facit qualitercũq̃ʒ contingit.i. ꝓut ſibi occurrit.¶ Deinde cum dicit.

¶ Iniuſtificationis autem qđ q̄dem min⁹.iniuſtum pati eſt:qđ aũt maius iniuſtũ facere.

¶ Adiungit quedã neceſſaria ad cõcludendũ ꝓpoſitũ.⁊ dicit ꝙ duplex eſt iuſtificatio vna q̄dẽ que ꝯſiſtit in minus hr̃e de bonis:ad quã referť plus hr̃e de malis:qđ eſt eiuſdẽ rõnis:⁊ hoc eſt iniuſtum pati.Alia aũt iniuſtificatio eſt hr̃e magis de bonis:⁊ min⁹ de malis:⁊ eſt iuſtũ facere:ex his ſic põt argumẽtari. ad iniuſtitiã pertinet iniuſtuꝫ facere:ſed habere minus in bonis vel plus in malis nõ eſt iniuſtũ facere:ſed iniuſtũ pati.ergo hoc nõ ꝑtinet ad malitiã iniuſtitie.iuſtitia v̊o eſt mediũ inter plus hr̃e ⁊ min⁹ hr̃e:vt ſupra habitũ eſt.g̊ iniuſtitia nõ eſt mediuꝫ īter duas malitias.¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ De iuſtitia q̄deꝫ igiť ⁊ iniuſtitia: que vtriuſq̃ʒ eſt natura dictũ ſit ẜm hũc modũ: ſimiliter ⁊ de iuſto ⁊ iniuſto vniuerſaliter.

¶ Epilogat que dicta ſunt.⁊ dicit ꝙ dictuꝫ eſt de iuſtitia ⁊ iniuſtitia que ſit natura vtriuſq̃ʒ:⁊ ſimil'r de iuſto ⁊ iniuſto in vniuerſali.nã quoſdã particulares modos iuſti (⁊ iniuſti poſtea determinabit.

Q Uia autem eſt iniuſtum facientem nondum iniuſtum eſſe:quales autẽ iniuſtificationes faciens iam iniuſt⁹

eſt ꝑm vnāquāqꝫ iniuſtitiam: puta fur vel mechus vel latro. vel ſic quidem nihil differt: etenim ſi commiſcebitur mulieri ſciens hoc cui ſed nō ꝓpter electionis principiuꝫ: ſed propter paſſionem: iniuſtum quidem facit igitur: iniuſtus autem non eſt: puta neqꝫ fur: furatus eſt autem: neqꝫ mechus: mechatus eſt autem. ſimiliter autem ⁊ in aliȷ̃s.

¶ Poſtq̄ phs determinauit de iuſtitia ⁊ iuſto ⁊ oppoſitis hoꝝ abſolute. hic determinat de eis per cōparationē ad iniuſtū oſtēdēdo. ſ. qualr aliquis faciendo iniuſtū fiat iniuſtus. Et circa hoc duo facit. Primo determinat veritatem. Scḋo mouet quaſdaꝫ dubitationes circa predeterminata. ibi. (Dubitabit aūt vtiqꝫ aliquis ⁊c̄.) Circa p̊mū tria facit. Primo mouet q̄ōnē. Scḋo īterponit quedam que ſunt neceſſaria ad q̄ōnis ſolutionē. ibi. (Opꝫ aūt nō latere ⁊c̄.) Tertio ſoluit q̄ōnē. ibi. (Exiſtentibus aūt iuſtis ⁊c̄.) Circa p̊mū duo facit. Primo mouet q̄ōnē intentam. Secūdo oſtendit quādā aliā q̄ōnē. prius eſſe determinatā. ibi. (Qualr q̄dē igiť habent ⁊c̄.) Dicit ergo p̊mo ꝙ ꝯtingit aliquē qui facit aliq̄ꝫ reꝫ iniuſtam nōdū eſſe iniuſtū: ⁊ iō querēdū eſt quales iniuſtificationes. i. opationes iniuſtoꝝ oporteat eē ad hoc ꝙ ille qui facit iniuſta iā ſit iniuſtus in vnaquaqꝫ ſpē iniuſtitie. puta furti vel adulterȷ̃ vel latrocinȷ̃. vel poteſt dici ꝙ remouēdo p̄dicta ꝙ ſic quidem nihil differt ad hoc ꝙ homo ſit iniuſtus ꝑm q̄s opatiōes iniuſta faciat: ideo aūt queſitū eſt ꝑꝫ qualeſcūqꝫ iniuſtificationes contingit: q2 multiplr cōtingit aliquid facere iniuſtuꝫ: q2 contingit ꝙ aliquis cōmiſceť mulieri que ē vxor alterius nō ignorās perſonaꝫ: qḋ faceret inuoluntariū. ſed ſciens cui cōmiſceť. nō tn̄ hoc facit ex electione. ſed ex paſſione. talis igiť facit quidē rem iniuſtam non tamē videť eſſe iniuſtus. q2 nō operatur ex electione. ſicut ēt in ſpāli poſſumus dicere ꝙ aliquis nō eſt fur. lꝫ ſit furatus: q2 non eſt furatꝰ ex electione. ⁊ ſilr nō ē mechus: lꝫ ſit mechatꝰ. ⁊ ſilis rō ē ī aliȷ̃s. ¶ Deiñ cū dic̄.

¶ Qualiter quidem igitur habet contrapaſſuꝫ ad iuſtum dictum eſt prius.

¶ Oſtendit quādam dubitationem iam eſſe ſolutam. ſ. qualiter ſe habeat contrapaſſum ad iuſtum de quo prius dictum eſt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Oportet aūt nō latere ipſum qḋ queritur eſt ⁊ ſimpliciter ⁊ politicum iuſtuꝫ.

¶ Interponit quedam que ſunt nec̄cia ad ſolutionem propoſite queſtionis. Et p̊mo quid ſit ſimplr iuſtū. Scḋo q̄d ſit iuſtificatio. ibi. (Differt aūt iuſtificatio ⁊c̄.) Circa p̊m duo facit. Primo dicit de quo eſt ītentio. Scḋo exequiť ꝓpoſitū. ibi. (Hoc aūt ē ⁊c̄.) Dicit ergo p̊mo ꝙ ad euidētiam q̄ōnis qua q̄riť quali opatione aliquis faciens iuſtū vel iniuſtum diť iuſtus vel iniuſtus: opꝫ non latere ꝙ iuſtuꝫ de quo queritur eſt iuſtū ſimpliciter: qḋ eſt iuſtū politicum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hoc autem eſt cōicatio vite ad eſſe ꝑ ſe ſufficientiam in liberis ⁊ equalibus: vel ꝑm ꝓportionalitatem: vel ꝑm numerum.

¶ Exequiť ꝓpoſitū. Et p̊mo oſtendit q̄d ſit iuſtuꝫ politicuꝫ. Scḋo diuidit ipſum. ibi. (Politici aūt iuſti ⁊c̄.) Circa p̊mū duo facit. Primo ꝓponit qḋ intendit. ſ. q̄d ſit iuſtum politicū. Scḋo manifeſtat ꝓpoᵐ. ibi. (Eſt. n. q̄bꝰ iuſtum ⁊c̄.) Circa p̊mū duo facit. Primo oñdit q̄d ſit iuſtū politicū. Scḋo excludit qḋ ſunt q̄dā alia iuſta ab hoc differentia. ibi. (Quare quātis ⁊c̄.) Dicit ḡ p̊mo ꝙ iuſtum politicū conſiſtit in quadā cōitate vite que ordinať ad h ꝙ ſit per ſe ſufficiētia eoꝝ q̄ ad vitaꝫ humanā ꝑtinent. ⁊ talis eſt cōitas ciuitatis in qua debēt oīa inueniri que ſufficiant humane vite. hoc aūt iuſtū conſiſtit in liberis. non aūt in ſeruis: q2 dñoꝝ ad ſeruos nō eſt politicū iuſtū. ſed dñatiuū: vt infra diceť. cōſiſtit aūt iuſtū politicum in perſonis equalibꝰ. i. quarū vna nō ſubditur alteri naturali ordine vel ciuili. ſicut filius patr: inter quos: vt infra diceť: nō eſt politicū iuſtū: ſed pater num. hoc aūt iuſtum politicū vel eſt ꝑm ꝓportionabilitatē. i. ꝑm equalitatē ꝓportionis q̄ꝫtū ad iuſtitiā diſtributiuā: vel ꝑm numerum. i. equalitatē numeralis quātitatis: q̄ꝫtū ad iuſtitiā commutatiuam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare quantis non eſt hoc non eſt his adinuicem politicum iuſtum: ſed quoddam iuſtum ⁊ ſcḋm ſimilitudinem.

¶ Concludit quedā alia iuſta a predicta dr̄ia dicēs. ꝙ ex quo iuſtū politicū ꝯſiſtit in liberis ⁊ eq̄libus: quibus nō ineſt hoc. ſ. ꝙ ſint liberi ⁊ equales. his non ē adinuicē politicū iuſtū: qḋ eſt iuſtū ſimplr: ſed qḋdā iuſtū. i. dominatiuuꝫ vel paternū: qḋ eſt ꝑm q̄d: inq̄ꝫtū hꝫ ſilitudinē aliquā politici iuſti. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt enim iuſtū quibus ⁊ lex ad ipſos. lex autem in quibus iniuſtitia. vindicta enim iudiciū iuſti ⁊ iniuſti. In quibus autem iniuſtum facere non omnibus iniuſtitia: ⁊ hoc autem eſt plus ipſi tribuere ſimpliciter bonoruꝫ. minus autem ſimpliciter malorum.

¶ Manifeſtat qḋ dcm̄ eſt in p̊mo quātū ad iuſtū politicū qḋ eſt iuſtum ſimplr. ſcḋo q̄ꝫtum ad iuſtū dñatiuū vel paternū: qḋ eſt iuſtū ꝑm quid. ibi. (Dominatiuum auteꝫ iuſtum ⁊c̄.) Circa p̊mū duo facit. Primo manifeſtat qḋ dictum ē. ſ. qḋ iuſtū politicū ſit in liberis ⁊ equalibus. ꝙ cū iuſtū politicū determineť lege: neceſſe eſt ꝙ in illis ſit ad q̊s datur ex lex aūt nō datur p̊ncipalr ꝓ ſeruis q̄ cohibētur a dominis: neqꝫ pro filȷ̃s qui cohibenť a patribꝰ: ſed pro liberis ⁊ equalibus. vnde in talibus ē politicū iuſtū: ad qḋ dať lex. manifeſtū ē per hoc ꝙ iuſtitia ⁊ iniuſtitia in eis ſunt. lex aūt ad illos ſe extendit: in q̄bus pōt eē iniuſtitia: qḋ pꝫ ex hoc ꝙ vindicta que fit ꝑm legem nihil aliud eſt q̄ꝫ iudicium de iuſto ⁊ iniuſto. ⁊ ex quo lex eſt in q̄bus eſt iuſtitia: ſequiť ꝙ ſit in quibus eſt iniuſtū: ⁊ ꝑ ꝯñs in quibus iuſtū. q2 in quibuſcūqꝫ eſt iniuſtitia in his inuenitur iniuſtū facere. ſed non conuertiť. dictū eſt. n. in ſcḋo ꝙ contingit aliquid facere virtuoſum abſqꝫ virtute ⁊ ſimiliter vitioſa abſqꝫ habitu vitȷ̃. hoc aūt iniuſtuꝫ nihil aliud eſt q̄ꝫ qḋ aliquis attribuat ſibȷ̃pſi plus de his que ſunt ſimplr ⁊ abſolute bona. ſicut ſunt diuitie ⁊ honores. ⁊ minus de his que ſūt ſibi p̊ncipalr abſolute mala. ſicut ſunt cōtratria predictoꝝ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter quod non ſinimus principari hominem: ſed rationem: quoniaꝫ ſibȷ̃pſi hoc facit: ⁊ fit tyrannus. Eſt auteꝫ princeps cuſtos iuſti: ⁊ ſi iuſti ⁊ equalis.

¶ Infert tria correlaria ex dictis. Et p̊mo dicit: ꝙ q2 iniuſtum eſt ꝙ aliquis ſibi plus attribuat: de bonis ⁊ minꝰ de malis. inde eſt ꝙ in recta gubernatione multitudinis nō permittimus ꝙ hoīes p̊ncipenť. ſ. ꝑm volūtateꝫ ⁊ paſſiones humanas: ſꝫ qḋ p̊ncipeť lex que ē dictamē rōnis: vel homo qui ꝑm rōnem agat. q2 ſi princeps ſequiť paſſiōes humanas: faciet hoc ſibi. ſ. ꝙ plus accipiet de bonis ⁊ minus de malis: ⁊ ita fiet tyrannus: cū facit cōtra rōnē principis. ad hoc enim princeps inſtitutus eſt vt cuſtodiat iu-

ſtitiam:⁊ per ꝯñs equalitatē quā preterit dū ſibi vſurpat plus de bonis ⁊ minꝰ de malis. ¶ Scdꝫ corre^m pōit ibi.

¶ Quia autem nihil ipſi plus eſſe videtur ſi quidem iuſtus. non enim tribuit ſimpliciter boni ipſi: ſi non ad ipſum proportionale eſt. ideo alteri laborat: ⁊ propter hoc alienū aiunt eſſe bonam iuſtitiā: quēadmodum dictum ē prius.

¶ Et dicit: ꝙ qꝛ pnceps ſi ſit iuſtus nihil plus attribuit ſibi de bonis ꝙ̃ alijs niſi forte ſm debitam ꝓportionez diſtributiue iuſtitie: inde eſt ꝙ princeps nō laborat ad vtilitatem ſuā: ſed alioꝝ. ꝓpter hoc ſupra dictuz eſt: ꝙ iuſtitia legalis: ſm quā princeps gubernat multitudinez: eſt alienum bonū. ¶ Tertiū correlariū ponit ibi.

¶ Merces autem ergo quedam danda hec autem honor ⁊ gloria. quibus autem non ſufficientia hec: iſti ſunt tyranni.

¶ Manifeſtū eſt. n. ꝙ quilibet dꝫ dare mercedē ei qui ꝓ ſe laborat. qꝛ ergo princeps laborat pro multitudine danda ē merces a multitudine. ſ. honor ⁊ gloria: que ſunt maxime honoꝝ que ab omnibus dare pñt. ſi aūt ſunt aliqui pncipes quibus iſta nō ſufficiant pro mercede: ſꝫ querūt lucra: iſti ſunt iniuſti ⁊ tyranni: ⁊ ſuper hanc mercedē ab hominibus exhibitam boni principes expecctant mercedem a deo. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Dominatiuum autem iuſtum ⁊ paternū nō idem his: ſed ſimile.

¶ Manieſtat qd̓ ſupra dcm̄ eſt: de eo qd̓ non eſt iuſtū ſimpliciter. ſed ſm ſimilitudinē. ⁊ pmo quātū ad iuſtū dominatiuū ⁊ paternū. ſcdo quātū ad iuſtū qd̓ eſt viri ad vxorem. ibi. (Propter qd̓ magis ⁊c̄.) Circa primū tria facit. Primo ꝓponit qd̓ intendit. ⁊ dicit ꝙ dñatiuū iuſtū: qd̓. ſ. eſt domini ad ſeruū. ⁊ paternū: qd̓. ſ. eſt patris ad filiū: nō eſt idē his iuſtis que ſunt politica. ſed habent aliquā ſilitudinem cū eis ſm ꝙ alter eſt ad alterū. ¶ Scdo ibi.

¶ Non enim eſt iniuſtitia ad que ipſius ſimpliciter. Poſſeſſio aūt ⁊ filius vſqꝫ vtiqꝫ ſit pelicon ⁊ non ſeparetur quēadmodū pars ipſius. ſeipſum autem nullus eligit nocere: ꝓp qd̓ non eſt iniuſtitia ad ſeipſuꝫ. Nō ergo iniuſtū.

¶ Oſtendit qd̓ dictū eſt: ꝙ̃tū ad hoc ꝙ dñatiuum non eſt ſimpl'r iuſtum. mani^m ē ꝙ nō pōt eē ſimpl'r iniuſtitia hominis ad ea que ſunt ipſius. ſic̄ neqꝫ iuſtitia. qꝛ vtrūqꝫ eſt ad alterū. ſicut ſeruus eſt ideꝫ qd̓ poſſeſſio. ⁊ filius quouſqꝫ eſt pelicon. i. magnus. ⁊ ſeparet̄ a patre per emancipationez: eſt. q. quedaꝫ pars patris. ⁊ ꝙ non ſit iniuſtitia ad ſeipſuꝫ patꝫ per hoc ꝙ nullus eligit nocere ſibiipſi. vnde pꝫ ꝙ ſimpl'r loquēdo nō eſt iuſtitia vel iniuſtitia ad filiū vel ſeruum. ¶ Tertio ibi.

¶ Neqꝫ iuſtum politicū. ſm legem eniꝫ erat: ⁊ in q̄bus natum erat eē lex. iſti aūt erāt q̄bus exiſtit equalitas: qd̓ ē principari ⁊ ſubijci.

¶ Oſtendit ꝙ dominatiuum ⁊ paternū iuſtū etiam ſi eēt ſimpl'r iuſtū non eſſet politicum iuſtū: qꝛ iuſtum politicū eſt ſꝫ legeꝫ. ⁊ in quibus nata eſt eſſe lex. ⁊ hꝰ ſunt illi quibus cōpetit equalitas ꝙ̃tū ad hoc ꝙ ē pncipari ⁊ ſubijci. ita. ſ. ꝙ vnus eoꝝ nō ſubijcitur alteri. ſicut ſeruus ſubijcitur dño. ⁊ filius patri. vnde in his non eſt politicuꝫ iuſtū. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ Propter quod ad vxorem magis eſt iuſtum ꝙ̃ ad natos ⁊ poſſeſſiones. hoc eni iconomicū iuſtum. Alteꝝ aūt eſt ⁊ hoc a politico.

¶ Determiat de iuſto vxorio. ⁊ dicit qꝛ vxor minꝰ ē ſubiecta viro ꝙ̃ ſeruꝰ dño vel filius patri. ideo plus hꝫ de rōne iuſti illud qd̓ eſt viri ad vxorē ꝙ̃ illud qd̓ eſt patris ad natos. i. filios: ⁊ dñi ad poſſeſſiones. i. ſeruos. iuſtū. n. qd̓ ē viri ad vxoē eſt yconomicū. qꝛ vir preeſt in domo ſicut princeps in ciuitate. hoc tm̄ iuſtū yconomicū eſt alterū a politico: ſicut domus eſt aliud a ciuitate.

Politici autem iuſti. Hoc quidem naturale eſt. hoc autem legale.

¶ Poſtqꝫ phus oſtendit quale ſit politicum iuſtum: qd̓ eſt ſimpliciter iuſtum. hic ponit diuiſionem huius iuſti politici. Et pmo diuidit iuſtum politicum in ſpecies. Secūdo tangit diuiſionem huius iuſti ad īdiuidua. ibi. (Juſtoꝝ aūt ⁊ legalium ⁊c̄.) Circa pmū tria facit. Primo ꝓponit diuiſionē. Scdo exponit eam. ibi. (Naturale quidē ⁊c̄.) Tertio excludit errorem ꝯ̄ diuiſionez ibi. (Videt̄ aūt quibuſdā ⁊c̄.) Dicit ergo pmo: ꝙ politicū iuſtū diuidit̄ in duo. quoꝝ vnuꝫ eſt iuſtum naturale. aliud eſt iuſtū legale. eſt autē hec eadeꝫ diuiſio cū diuiſione quā iuriſte ponunt. ſ. ꝙ iuris aliud ē nāle: aliud eſt poſitiuū. idem enim nominant ius: qd̓ ariſtotiles iuſtū noiat. nam ⁊ iſidorus dicit in libro ethimologiaꝝ: ꝙ ius dicitur q̄ſi iuſtū. videt̄ āt eſſe contrarietas ꝙ̃tum ad hoc: ꝙ politicū idē eſt ꝙ ciuile. ⁊ ſic id qd̓ apud phm ponitur vt diuiſum: apud iuriſtas videt̄ poni vt diuidens. nā ius ciuile ponunt partē iuris poſitiui. Sed attendēdū eſt ꝙ aliter ſumitur politicū vel ciuile hic apud phm: ⁊ aliter apud iuriſtas. nam phs hic nominat politicum iuſtū vel ciuile ex vſu quo ciues vtunt̄. iuriſte autē nominant ius politicū vel ciuile ex cauſa: qd̓. ſ. ciuitas aliqua ſibi conſtituit. ⁊ ideo hic ꝯueniēter a pho noiat̄ legale. i. lege poſitiuū: ꝙ ⁊ illi dicunt poſitiuū. cōueniēter aūt per hec duo diuidit̄ iuſtū politicū. vtuntur. n. ciues ⁊ iuſto: eo qd̓ natura menti humane indidit: ⁊ eo qd̓ eſt poſitū lege. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Naturale quidem qd̓ vbiqꝫ habet eandeꝫ potentiam. ⁊ non inuideri vel non.

¶ Manifeſtat mēbra diuiſionis premiſſe. Et primo manifeſtat. iuſtū nāle dupl'r. vno mō ſm effectū vel virtuteꝫ dicens. iuſtū nāle eſt qd̓ hꝫ vbiqꝫ eādē potentiā ⁊ virtutē ad īducendū ad bonū ⁊ ad arcendū a malo: qd̓ quidē cōtingit: eo ꝙ natura que eſt huiꝰ iuſti: eadē eſt vtiqꝫ apud omnes. iuſtum vero ex pōnē alicuius ciuitatis: vel principis apud illos tm̄ eſt virtuoſum. qui ſubduntur iuriſditioni illius ciuitatis vel principis. Alio modo manifeſtat hic iuſtū ſm cām cū dicit. ꝙ iuſtū naturale non conſiſtit in videri: vel non videri. i. non orit̄ ex aliqua opiniōe humana. ſed ex natura. ſicut. n. in ſpeculatiuis ſunt quedam naturaliter cognita vt pncipia īdemonſtrabilia. ⁊ que ſūt ꝓpinqua his. quedam vō ſtudio hominū adinuenta. ⁊ q̄ ſunt propinqua. ⁊ ita etiam in operatiuis ſunt quedā pncipia vl'r cognita q̄ſi indemonſtrabilia pncipia ⁊ ꝓpinq̄ his: vt malum eſſe vitandū: nulli eſſe iniuſte nocendū: nō furandū ⁊ ſilia. alia vero ſunt per induſtriam hominum excogitata: que dicunt̄ hic iuſta legalia. Eſt aūt cōſiderāduꝫ ꝙ iuſtū naturale eſt ad qd̓ hominē natura īclinat. attenditur aūt in hoīe duplex natura. vna qdē ſꝫ ꝙ ē aīal: que ſibi ⁊ alijs aīalibus eſt cōis: alia autē natura homis que eſt proprie inquātum eſt homo: put. ſ. ſm rationem diſcernit turpe ⁊ honeſtū. iuriſte aūt illud tm̄ dicunt ius naturale qd̓ ꝯſequitur inclinationeꝫ nature cōis hoī: ⁊ alijs animalibus: ſicut coniunctio maris ⁊ femine. educatio natorum ⁊ alia hꝰ. illud aūt ius qd̓ cōſequitur pro-

ꝓpriam inclinationem nature humane inquantū .ſ. homo eſt rationale animal. vocant iuriſte iuſgentium: qꝛ eo oēs gētes vtunť. ſicut ꝙ pacta ſint ſeruāda: ⁊ ꝙ legati apud hoſtes ſint tuti ⁊ alia hꝰ. vtrūqꝫ autem horum cōprehēditur ſub iuſto naturali: ꝓut hic a phō accipiť. ¶ 2° ibi.

¶ Legale autē qđ ex principio quidē nihil differt ſic vel aliter: quando autē ponitur differt. puta viua redimi vel capram ſacrificare: ſed nō duas oues. Adhuc que in ſingularibus lege ponunt. puta ſacrificare braſide. ⁊ ſententialia.

¶ Manifeſtat iuſtū legale. Et videtur ponere tres drias hꝰ iuſti. Quarū prima eſt cū vlr: vel cōiter aliqđ lege imponitur illud eſt legale: ⁊ quātū ad hoc dicit ꝙ legale iuſtū qđ ex principio quidē .ſ. antequā lege ſtatuať. nihil differt vtrum ſic: vel aliter fiat. ſed quādo iam poniť .i. ſtatuiť lege. tūc differt. quia hoc ſeruare eſt iuſtū. preterire iniuſtum. ſicut in aliqua ciuitate ſtatutum eſt ꝙ captiuꝰ redimatur certo ꝓcio. ⁊ ꝙ ſecrificetur capra: nō aūt ꝙ ſacrificentur duo oues. Alia vero dria iuſti legalis ē ꝫ qđ aliquid lege ſtatuitur in aliquo ſingulari. puta cū ciuitas vel princeps alicui perſone cōcedit aliqđ priuilegiū: qđ dicitur lex priuata: ⁊ quātū ad hoc dicit ꝙ adhuc ſunt iuſta legalia. non ſolum illa que cōiter ſtatuunť: ſed quecūqꝫ homines ponunt pro lege in aliquibus ſingularibus: ſicut in quadam ciuitate ſtatutum fuit ꝙ ſacrificeť cuidam mulieri nomine braſide: que magnam vtilitatē ciuitati attulerat. Tertia differentia iuſti legalis eſt: prout ſnīe a iudicibus date dicunť quedā iuſta legalia. ⁊ quātū ad hoc ſubdit ꝙ etiā ſnīalia ſunt iuſta legalia. ¶ Eſt aūt hic conſiderandū ꝙ iuſtū legale ſiue poſitiuum oriť ſemper a nāli vt tulliꝰ dicit in ſua rhetorica. Dupľr tū aliquid poteſt oriri a iure naturali. Uno modo ſicut concluſio ex principijs. ⁊ ſic ius poſitiuum: vel legale non poteſt oriri a iure naturali. premiſſis. n. exiſtentibus neceſſe eſt concluſionem eſſe. ſed cū iuſtum naturale ſit ſemper: ⁊ vbiqꝫ vt dcm̄ eſt hic non cōpetit iuſto legali vel poſitiuo. ⁊ ideo neceſſe eſt ꝙ quicquid ex iuſto nāli: ſequiť q̄ſi concluſio ſit iuſtum naturale: ſicut ex hoc ꝙ eſt nulli eſt iniuſte nocendū: ſequitur non eſſe furandum: qđ idem ad naturale pertinet. Alio modo oritur aliquid ex iuſto naturali ꝑ modū determinationis. ⁊ ſic oīa iuſta poſitiua vel legalia ex iuſto naturali oriuntur: ſicut furem eſſe puniendū eſt iuſtum naturale. ſed ꝙ ſit etiam puniēdū tali vel tali pena hoc eſt legale poſitiuū. ¶ Attendendū eſt et ꝙ iuſtum legale dupliciter oritur a naturali ꝫm modū predictum. Uno mō cū permixtione. Alio modo ſine permixtione alicuius humani erroris. ⁊ hoc per exempla Ariſtotelis demonſtratur. naturale enim iuſtum eſt qđ ciui nō ob culpam ſuam oppreſſo ſubueniatur. ⁊ per conſequens ꝙ captiuus redimať. taxatio aūt precij pertinet ad iuſtū legale: qđ procedit ex predicto iuſto naturali abſqꝫ omni errore. eſt autē naturale iuſtum ꝙ benefactori honor exhibeatur: ſed ꝙ honor diuinus exhibeatur homini: ⁊ tale eſt ꝙ ſacrificetur: hoc eſt ex errore humano: ſnīalia vero iuſta ſunt applicationes legalium ad particularia facta ¶ Deinde cum dicit.

¶ Uidetur autem quibuſdam omnia eſſe talia. quia quod quidem natura immobile ⁊ vbicūqꝫ eandem habet potentiam quemadmodum ignis: ⁊ hic ⁊ in perſis ardet. iuſta autem mota conſpiciunt.

¶ Excludit errorem contra predictam diuiſionē. Et circa hoc tria facit. Primo proponit errorem cum ſua ratione. Secundo ſoluit ibi. (Hoc autem non eſt ⁊c.) Tertio mouet quandam queſtionē ex ſolutione ortam. Dicit ergo primo ꝙ quibuſdam eſt viſum ꝙ oīa iuſta ſint talia. ſ. lege poſita: ita ꝙ nihil ſit iuſtum naturale: que quidē fuit opīo ſectatorꝝ ariſtipi ſocratici ⁊ mouebanť tali ratione: qꝛ illud qđ eſt ꝫm naturam eſt imobile: ⁊ vbicunqꝫ ſit hꝫ eandem virtutē. ſicut pꝫ de igne: ⁊ in grecia ⁊ in perſide: qđ non videť eſſe verum circa iuſta. qꝛ omnia iuſta vidētur aliqñ eſſe mota. nihil videť eſſe magis q̄ꝫ ꝙ iuſtum: deponenti depoſitum reddatur: ⁊ tū non eſt reddendum depoſitū furioſo repoſcenti gladiū: vel proditori patrie repoſcenti pecunias ad arma. ſic ergo videtur ꝙ nulla ſint vlr iuſta. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Hoc autē non ſic habens: ſed vt quāuis apud deos nequaquam ſit aliter habens: apud nos autem eſt quidem aliquid natura mobile: quia quidem omne ſed eſt tamen hoc quidem natura hoc autem non natura.

¶ Ponit ſolutionem ⁊ dicit ꝙ id qđ dictum eſt ꝙ naturalia ſint imobilia. non ita ſe hꝫ vlr. ſed in aliquo eſt verꝫ qꝛ natura rerū diuinarū nequaq̄ꝫ aliter ſe habet. puta ſubſtantiarū ſeparatarꝫ ⁊ celeſtiū corporū: que antiqui deos vocabant. ſed apud nos homines qui ſumus res corporales eſt aliquid quidem ꝫm naturā: ⁊ tū quicquid eſt in nobis eſt mutabile: vel per ſe vel per accidens: nihilominus: tū ē in nobis aliquid naturale ſicut habere duos pedes: ⁊ aliquid non naturale. ſicut habere tunicam. ⁊ lꝫ oīa que ſunt apud nos iuſta aliqualiter moueanť: nihilominꝰ tū quedam eorꝫ ſunt vlr iuſta. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quale autem natura contingentium ⁊ aliter habere: ⁊ quale non ſed legale ⁊ compoſitiōe. ſi ambo mobilia ſimiliter.

¶ Mouet quādam dubitationem ex precedenti ſolutione ortā. Et circa hoc duo facit. Primo ponit queſtionē. Secūdo eā ſoluit ibi. (Manifeſtū ⁊ in alijs.) Primo igitur proponit talē q̄ōnē. ſi. n. oīa iuſta hūana mobilia ſunt: reſtat queſtio inter ea que contingit aliter ſe habere: quale ſit iuſtum ꝫm naturam: ⁊ quale nō ſit iuſtū ꝫm naturā ſed ꝫm legis poſitionem. ⁊ ad placitū hominum exquo ambo ſunt ſiľr mobilia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifeſtum ⁊ in alijs eadem congruit determinatio. Natura enī dextera melior: quāuis contingit ambidextros fieri.

¶ Soluit ꝑdictā q̄ōnē. Et circa hoc duo facit. ꝑ oſtendit q̄liter iuſta nālia ſint mobilia. Scđo qualr̄ iuſta legalia. ibi. (Que aūt ꝫm cōpoſitionē ⁊c.) Oſtēdit ergo q̄ū manifeſtū eſt ꝙ in alijs naturalibus que ſunt apud nos eadem determinatio congruit ſicut ⁊ in naturaliter iuſtis. ea enim que ſunt naturalia apud nos ſunt quidem eodē modo vt in pluribus. ſed vt paucioribus deficiunt. ſicut naturale ꝙ pes dextra ſit vigoroſior q̄ꝫ ſiniſtra ⁊ hoc i pluribus habet veritatem. ⁊ tū contingit vt in paucioribus aliquos fieri ambidextros: qꝛ ſiniſtrā manū hñt ita valentem vt dextram: ita etiā ⁊ in ea que ſunt nāliter iuſta vtputa depoſitū eſſe reddendū vt in pluribus ē obſeruandū. ſed vt in paucioribus mutať. Eſt tū attendēdū ꝙ qꝛ rōnes rerū mutabiliū ſunt imutabiles ſic q̄quid eſt nobis naturale q̄ſi pertinens ad ipſam hoīs rōnem. nullo modo mutatur. puta hominē eſſe animal. que aūt conſequuntur naturam. puta diſpōnes actiones ⁊ motus mutanť vt in paucioribꝰ. ⁊ ſiľr etiā illa que pertinēt ad ipāꝫ iuſtitie rōnem. nullo modo pñt mutari. puta non eſſe furandum ꝙ eſt iniuſtū facere. illa vō que ſequunť mutan-

tur vt in minori parte.❡ Deinde cum dicit.

izm ❡ Que autem ſm compoſitionem ⁊ conferẽs iuſtoꝝ.ſimilia ſunt menſuris.non eniꝫ ſunt vbi qꝫ equales vini ⁊ frumenti menſure.ſed vbi qͥdem emuntur maiores:vbi autem venduntur minores.ſimiliter autem ⁊ non naturalia.ſed humana iuſta.non eadem vbiqꝫ ꝙ neqꝫ vrbanitas:ſꝫ vna ſolum vbiqꝫ ſm naturã optima.

❡ Oſtendit qualr̄ iuſta legalia ſunt mutabilia indifferenter:⁊ dicit ꝙ illa que ſunt iuſta ſm cõpoſitionẽ ⁊ cõferẽs ideſt ſm ꝙ eſt ꝯductũ inter homines ꝓpter aliquã vtilitatẽ ſunt ſimilia mẽſuris rerum venaliũ.puta vini ⁊ frumenti.ſed vbi emũtur propter maiorẽ copiam ſunt maiores.vbi aũt vendunt̃ ꝓpter minorẽ copiam ſunt minores.ita etiam iuſta que naturalia nõ ſunt.ſed ꝑ homines poſita non ſunt vbiqꝫ.ſicut nõ vbiqꝫ eadem pena imponitur furi.⁊ huius rõ eſt:qꝛ non eſt eadem vbiqꝫ vrbanitas ſiue politia.oẽs.n.leges ponunt̃ ſm qd̃ congruit fini politice.ſed tamen ſola vna eſt optima politia ſm naturam vbicũqꝫ ſit.❡ Deinde cum dicit.

❡ Iuſtorum autem ⁊ legalium vnumquodqꝫ vt vniuerſalia ad ſingularia habet. Operata quidẽ.n.multa:illoꝝ aũt vnũquodqꝫ vnũ:vl'e eniꝫ.

❡ Agit de diuiſione iuſti in particula.⁊ dicit ꝙ vnũquodqꝫ iuſtoꝝ particularium ⁊ legalium ſe hꝫ ad res humanas vt vniuerſale ad ſingularia.qꝛ ea que operant̃ ſm iuſtitiam ſunt vniuerſalia:ſed vnũquodqꝫ iuſtoꝝ eſt vnũ q̃ſi quodam vl'e.ſicut qd̃ depoſitũ eẽ reddendũ eſt vnũ qd̃ ſe hꝫ ad multas res.❡ Deinde cũ dicit.

❡ Differt autem iniuſtificatio ⁊ iniuſtum.⁊ iuſtificatio ⁊ iuſtum.Iniuſtum quidem eſt natura vel ordine.idem autem hoc quando operatum eſt iniuſtificatio eſt:ante quidem q̃ꝫ operatum eſt nequaqꝫ ſed iniuſtum.

❡ Oſtendit quid ſit iuſtificatio ⁊ iniuſtificatio.Et primo qd̃ ſit iniuſtificatio.Scd̃o quid ſit iuſtificatio.ibi.(Similiter aũt ⁊ iuſtificatio ⁊c̃.)Dicit ergo ꝑmo ꝙ iniuſtificatio ⁊ iniuſtũ differũt:qꝛ iniuſtum eſt aliqua res que eſt contra iuſtitiam.vel ſm naturam vel ſm ordinationeꝫ humanaꝫ.ſicut furtum.ſed hoc qñ aliquis cõparat̃.puta furãdo vocat̃ hͦ iĩuſtificatio q̃ſi executio iĩuſtitie.ſꝫ añq̃ꝫ qͦ hͦ oper̃ nõ vocat̃ iniuſtificatio:ſꝫ iĩuſtũ.❡ De.cũ dic.

❡ Similiter autem ⁊ iuſtificatio:vocat̃ autem cõmune magis diceopragma.Iuſtificatio aũt directioꝰ iniuſtificationis.ſm vnumquodqꝫ autẽ ipſorum.⁊ quales ſpecies ⁊ quot ⁊ circa que exiſtunt poſterius videndum.

❡ Oſtendit quid ſit iuſtificatio.⁊ dicit ꝙ ſimiliter iuſtificatio eſt qñ quis operat̃ iuſtum.qd̃ eſt naturale ordine legis.ſed apud grecos operatio iuſti in cõi magis vocat̃ diceopragma.i.operatio iuſti.iuſtificatio aũt non videt̃ dici quelibet operatio iuſti.ſed ſolum qñ aliquis dirigit̃ iniuſtificatione.ſ.reducendo id qd̃ eſt iniuſtũ ad iuſtitiã.

❡ Ultimo auteꝫ dicit ꝙ qualis ⁊ quot ⁊ que ſint ſpecies iuſti ſm vnũquodqꝫ iuſtoꝝ.ſ.naturalis ⁊ legalis poſterius eſt videndũ.ſ.in politica.

Exiſtentibus autem iuſtis ⁊ iniuſtis dictis iniuſtum facit quidem ⁊ iuſtum operatur quando volens quis ita operatur.qñ autem nolens neqꝫ iniuſtum facit neqꝫ iuſtum operetur.ſed vel ſecundum accidẽs quibus enim accidit iuſtis eſſe vel iniuſtis operant̃.Iuſtificatio aũt ⁊ dychapragma determinantur voluntario ⁊ inuoluntario.cum eniꝫ voluntarium ſit vituperatur.ſimul autem ⁊ iniuſtificatio tunc eſt:quare iniuſtum aliquid erit quidem:iniuſtificatio autem nequaquaꝫ ſi nõ voluntarium adſit.

❡ Poſtq̃ꝫ phs oſtendit quid ſit iuſtũ ſimplr̄.⁊ quid ſit iuſtificatio ⁊ iniuſtificatio.hic iam ſoluit q̃oneꝫ quã prius mouerat.ſ.ſm quales iuſtificationes vel iniuſtificatiões aliquis ſit iuſtus vel iniuſtus.Et circa hoc duo facit.Primo oſtendit propoſitum.Secũdo inducit quãdã diuiſionem ad manifeſtationem predictoꝝ.ibi.(Inuoluntariorum hec quideꝫ ⁊c̃.)Circa primũ duo facit.Primo oſtẽdit qñ ſit iuſtũ vel iniuſtum.ſiue hoc quid ſit iuſtificatio vel iniuſtificatio.ſiue hoc ille qui operat̃ ſit iuſtus vel iniuſtus.ibi.(Voluntarioꝝ aũt ⁊c̃.)Circa primũ duo fac.Primo oſtẽdit ꝓpoſitũ.Secũdo manifeſtat qd̃ dixerat.ibi.(Dico aũt volũtariũ quidem ⁊c̃.)Dicit ergo ꝑmo ꝙ cũ iuſta ⁊ iniuſta ſint talia qualia ſupra dicta ſũt.nũc aliquis facit iniuſtũ.ita ꝙ ſit iniuſtificatio vel dyakapragma quando aliquis operat̃ ipſa ſcilicet iuſtuꝫ ⁊ iniuſtum volens.ſed quando aliquis operat̃ ipſa nolens non ẽ ibi facere iniuſtum vel operari iniuſtum.niſi forte per accidens:inquãtum ſcilicet accidit preter intentionem operantis.ꝙ illa que quis facit ſint iuſta vel iniuſta.illa.n.dicimur per ſe facere ⁊ non per accidens q̃ intendimꝰ facere.nihil aũt ſpecificat̃ per illud qd̃ eſt per accidẽs.ſed ſoluꝫ qd̃ eſt per ſe:⁊ ideo iuſtificatio ⁊ dikapragma.i.operatio iuſta.⁊ ſilr̄ iniuſtificatio determinat̃ per volũtariũ ⁊ inuolũtarium.ita.ſ.ꝙ cum aliquid ſit voluntariũ laudatur quis vel vituperatur.vnde manifeſtum eſt ꝙ erit ex parte ipſius operati quid iniuſtum:ſed non erit iniuſtificatio quãtum ad ſpẽm operationis:ſi non ſit voluntarium ex parte operantis.⁊ eadem ratio de iuſtificatione.❡ Deinde cum dicit.

❡ Dico autem voluntariuꝫ quidem queadmodum prius dictũ eſt.qd̃ vtiqꝫ aliquis in ſeipſo exiſtentium ſciens ⁊ non ignorans operatur neqꝫ quem neqꝫ quo neqꝫ cuius.puta neqꝫ quẽ percutit ⁊ quo ⁊ cuius gratia:⁊ illorum vnũquodqꝫ non ſecũdum accidens neqꝫ vi queadmodum ſiquis accipiens manum ipſius percutit alterum:non volens autem.non enim in ipſo.contingit autem percuſſum patrem eſſe.hunc autem quoniam quidem homo vel preſentiuꝫ aliquis cognoſcit.quoniam autem pater ignorat.ſimiliter autem tale determinetur ⁊ in his cuius gratia ⁊ circa operationem totaꝫ.Ignoratum vtiqꝫ vel non ignoratum:non in ipſo autem ens vel vi inuoluntarium.Multa enim ⁊ natura exiſtentium ſcientes ⁊ operamur ⁊ patimur.quoꝝ nullum neqꝫ voluntariuꝫ neqꝫ inuoluntarium eſt:puta ſeneſcere vel mori.

❡ Manifeſtat quedam que dicta ſunt quid ſit volũtariũ ⁊ inuoluntarium.Et circa hoc duo facit.Primo manife-

ſtat propoſitum. Secūdo oſtendit ꝙ predicta manifeſtatio competit tam circa iuſta ꝙ̄ circa iniuſta. ibi. (Eſt aūt ſilr ⁊c̄.) Dicit ergo primo ꝙ voluntarium: ſicut dictum ē in tertio: dicit̄ eſſe qn̄ aliquis operatur aliquid eoꝝ que ſunt in ſua ptāte ſciens. ⁊ non ignorans. neqꝫ circa qđ operetur: neqꝫ quo inſtrumēto: neqꝫ cuius gratia hoc faciat. puta ꝙ ſciat quē percutit. ⁊ quo percutiat ſicut inſtrō: ⁊ cuius gratia. ⁊ hoꝝ vnūqđqꝫ ſciat per ſe: ⁊ non per accidens. ⁊ ad hoc ꝙ ſit voluntariū requirit̄ ꝙ non ſit per violentiam. puta ſi aliquis accipiat manū alicuius per violentiam: ⁊ tn̄ percutiat alium: hoc quidem ille cuius eſt manus non facit voluntarius: q2 non erat in eius poteſtate. hoc vitare: ſed cogitur. exponit aūt ɔn̄r qūo cognoſcatur aliquis ſm accidens. contingit. n. ꝙ ille qui eſt percuſſus ab aliquo ſit pater eius. ille aūt qui percutit cognoſcit quidem ꝙ percuſſus eſt hō: vel aliquis de preſentibꝰ. ſꝫ ignorat ꝙ ipſe ſit pater eius. ⁊ ſic cognouit patrem per accidens: inquātum cognoſcit eum cui accidit eſſe patrem. ⁊ ſicut dictum eſt ex parte eius qui percutit ſibi eſt determinandum. ⁊ ex parte eiꝰ cuius gratia eſt circa totā operationem. i. circa oēs circūſtantias opationis: ⁊ ex hoc qđ dictum eſt quid ſit voluntariū pōt ſciri quid ſit inuoluntarium. q2 ſi aliquid ſit ignoratum vel ceſſante ignorantia nō ſit in ptāte eius qui operat̄. vel magis fiat p violētiam. hoc erit inuoluntariū: iō aūt additū eſt per violentiam: q2 mala que ſunt in nobis. nō ſunt inuolūtaria. mala enim ſunt naturalia. que ⁊ operamur: ⁊ patimur ſcientes. puta ſeneſcere vel mori: quoꝝ tn̄ nullum eſt voluntarium vel inuoluntariū: q2 vtrūqꝫ eoꝝ ē circa ea que ſunt nata in nobis eſſe. ſi aūt accidat per violentiam. q2 aliqd eoꝝ nō ſit in nobis: tūc dr̄ iuolūtariū. ¶ Deide cū dicit.

¶ Eſt autꝫ ſimiliter in iniuſtis ⁊ in iuſtis ⁊ qđ ſm accidens. etenim ſi pignus reddat quis volens ⁊ propter timorem neqꝫ iuſta operari neqꝫ diceopragin dicenduꝫ: ſed vel ſm accidens. ſimiliter autem ⁊ coactum contra voluntatꝫ pignus nō reddentē: ſm accidens dicendū iniuſtum facere ⁊ iniuſta operari.

¶ Manifeſtat id qđ dictum eſt circa iuſta ⁊ iniuſta. circa iuſta quidem. puta ſi aliqs reddat pignus ei cuius eſt. nō quidē voluntarius: ſed propter timorē. nō enim dr̄ ꝙ ibi ſit operatio iuſti: niſi per accn̄s. ⁊ ſilr ſi aliquis coactus: ⁊ nolens deſiſtat reddere pignus per accidens dicitur facere iniuſta vel operari iniuſta. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Voluntarioꝝ quidem hoc autꝫ preeligētes operamur. Hoc aūt nō precōſiliantes: preeligentes quidem quecūqꝫ preconſiliantes ineligibilia aūt quecūqꝫ impͤconſiliata.

¶ Oſtendit qn̄ eſt iuſtificatio vel iniuſtificatio. ⁊ tn̄ ille qui operatur non eſt iuſtus vel iniuſtus. Circa hoc tria facit. Primo premittit quādā diuiſionem neceſſariaꝫ ad propoſitum oſtendendum. Scđo oſtendit propoſitum. ibi. (Tribus vtiqꝫ exiſtētibus.) Tertio manifeſtat quedaꝫ. que dicta ſunt. ibi. (Propter qđ bene ⁊c̄.) Dicit ergo primo ꝙ voluntarioꝝ quedam operamur preeligentes. ⁊ quedam non preeligentes ex electione: opamur illa q̄cūqꝫ ex precedenti conſilio vel deliberatione facimus: ſꝫ illa ſunt ineligibilia. i. ſine electione facta quecūqꝫ fiunt impreconſiliata. i. abſqꝫ pͤcedenti deliberatione non fiūt impreconſiliata. i. abſqꝫ pͤcedēti deliberatione. ¶ D. c. d.

¶ Tribus vtiqꝫ exiſtentibus nocumentis eorū que in cōmunicationibus que quidem cū ignorātia peccata ſunt que neqꝫ quē neqꝫ qđ: neqꝫ quo: neqꝫ cuius gratia exiſtimauit. ſed accidit non cuius gratia exiſtimauit: puta non vt vulneret: ſed vt pungat vel non quem. vel non vt. Quando quidem igitur paralogice nocumentum fit: infortuniū. quando autem non paralogice: ſine malitia autem peccatum. Peccat quidem enim cum in ſeipſo principium ſit cauſe: infortunat autem cum extra.

¶ Oſtendit propoſitū. Et primo reſumit qn̄ ſit iniuſtum abſqꝫ iniuſtificatione. Secūdo qn̄ eſt iniuſtificatio ſine hoc ꝙ ille qui operatur ſit iniuſtus. ibi. (Qn̄ autꝫ ſciēs quidem ⁊c̄.) Tertio oſtendit qn̄ eſt iniuſtus cū iniuſtitia ⁊ malitia eiꝰ qui operat̄. ibi. (Qn̄ autē ex electione ⁊c̄.) Dicit ergo primo ꝙ ſicut ex ſupra dictis apparet: triplr contingit aliquod nocumentū inferri circa cōicationes hominum adinuicem. Uno modo per ignorātis ⁊ inuoluntarie. Alio mō voluntarie qdē ſꝫ ſine electione. Tertio modo voluntarie ⁊ cū electione. illa igit̄ peccata fiūt per ignorantiam: qn̄ aliquis neſcit quid faciat. neqꝫ circa quē. neqꝫ quo inſtrumēto. neqꝫ cuius gratia etiā exiſtimauit ſe aliqd facturuꝫ opatus ē. puta ſi nō exiſtimauit ſe percutere hoc inſtrumento: puta lancea ferrata: ſed rotunda: vel exiſtimauit: ſe percutere nō hunc: puta non patrem. ſed hoſtem: vel non exiſtimauit ſe huius gratia percuſſurū. ſed accidit illud cuius gratia non exiſtimauerit. puta cum exiſtimauerit percutere non ad vulnerandum: ſed ad pungendum. ⁊ ſimile eſt cum eſt ignorantia quātum ad quō percutiat. puta lente vel fortiter: ſed circa hoc conſiderandū eſt: ꝙ qn̄ nocumentū infertur paralogice. i. preter rōnem ſiue intentionem tunc eſt omnino infortuniū. puta cū quis putat vibrare telū ⁊ iacit. ſꝫ quādo aliquis infert nocumentū non paralogice. i. non abſqꝫ intentione nocendi. ſed ſine malitia. q2. ſ. non putat multum nocere vel non putat tali perſone nocere. tunc eſt aliquod peccatū: licet non tm̄. peccat enim aliquis cū principium inordinati actus ſit in ſeipſo per hoc ꝙ intendit aliquid operari: ſed qn̄ principium operationis eſt totalr ab extra qđ preter intentioneꝫ operatur: tunc eſt infortuniū. cū fortuna ſit cauſa ītellectiua agens preter rōnē: vt dicitur in ſcđo phyſicoꝝ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quando autem ſciens quidem non preconſilians autem iniuſtificatio. puta quecūqꝫ propter iram ⁊ alias paſſiones qualeſcūqꝫ neceſſarias vel naturales accidunt hominibus. Hic enim nocentes ⁊ peccantes iniuſtum faciunt quidē ⁊ iniuſtificationes ſunt. non quidem iniuſti propter hoc neqꝫ mali: neqꝫ eniꝫ propter malitiam nocumentum.

¶ Soluit premiſſas dubitationes. ⁊ primo ſoluit dubitationẽ de vtilitate ſapiẽ ⁊ prudentie. Scd̃o de compõne vtriuſq; ibi. (Sed tñ neq; principalis.) Circa ꝑmũ duo facit. Primo ſoluit dubitationẽ cõmuniter quãtũ ad ſapientiam ⁊ prudentiam. Scd̃o ſpecialiter quãtuʒ ad prudentiam. ibi. (Adhuc opus ⁊c̃.) Circa primũ ponit duas ſolutiones quarũ prima oſtendit ꝙ ratiões quas ĩducit nõ efficaciter concludunt nõ. n. ſequitur ſi per ſapientiã ⁊ prudentiam nihil operat᷑ homo ad felicitatẽ ꝙ ꝓpter hoc ſint inutiles. qꝛ etiam ſi neutra ipſarum haberet aliquam operationem tñ eſſent ſm ſe eligibiles: cuʒ ſint virtutes perficientes vtramq; partem aĩe rõnalis vt ex dictis patet. vnicuiq; aũt eſt eligibilis ſua perfectio. ¶ Secundo ſoluit per interemptionem. ibi.

¶ Deinde ⁊ faciunt ꝗdem non vt medicinalis autem ſanitatem: ſed vt ſanitas: ſic ſapiã felicitatem. pars enim exiſtens totius virtutis in haberi facit etiam operari felicem.

¶ Et dicit ꝙ ſapientia ⁊ prudentia faciunt quidem aliq̃d ad felicitatẽ. ſed exemplum qd̃ inducebat᷑ non erat conueniens. non enim hoc modo ſe habent ſapientia vel prudentia ad felicitatem. ſicut ars medicine ad ſanitatẽ: ſed magis ſicut ſanitas ad opera ſana. ars medicine facit ſanitatem ſicut quoddam opus exterius operatum. ſed ſanitas facit opera ſana. quaſi quẽdam vſum habitus ſanitatis. felicitas enim non eſt opus exterius operatum: ſed eſt operatio ꝓcedens ab habitu virtutis: vnde cũ ſapientia ſit quedam ſpecies virtutis communis: ſequitur ꝙ ex hoc ipſo ꝙ aliquis habet ſapientiam ⁊ operat᷑ ſm eaʒ eſt felix. ⁊ eadem ratio eſt de prudentia: ſed ſponte expreſſit ſapientiam. qꝛ in operatione eius cõſiſtit potior felicitas vt. ſ. infra in. x. dicetur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc opus perficitur ⁊ ſm prudentiam ⁊ moralem virtutem. virtus quidem enim intentionem facit rectam. Prudentia autem que ad hanc. Quare autem particule anime nõ eſt virtus talis. ſ. nutritiue. nihil enim in ipſa operari vel non operari.

¶ Soluit ea que ſpecialiter ad prudentiam pertinent. Et primo quantum ad hoc qd̃ obyciebat᷑ ꝙ prudentia non ẽ ſciẽtia neceſſaria ad hoc ꝙ homo ſit virtuoſus. ibi. (De eo aũt quod ẽ ⁊c̃.) Dicit ergo ꝑmo ꝙ adhuc ſpecialiter quãtum ad prudẽtiã fallit qd̃ obyciebatur: ꝙ per prudentiã ſumus magis operatiui operationum virtutis. hoc. n. nõ poteſt eſſe falſum. qꝛ opus virtutis perficimus ſm vtrũq;. ſ. ſm prudentiam ⁊ ſm moralem virtutem. duo enim ſunt neceſſaria in opere virtutis. ſ. quoꝝ ẽ vnuʒ vt homo habeat rectam intentionem de fine qd̃ quidem facit virtus moralis: inquãtum inclinat appetitum in debitum finem. aliud autem eſt qd̃ homo bene ſe habeat circa ea que ſunt ad finem: ⁊ hoc facit prudentia que eſt bene cõſiliatiua ⁊ iudicatiua ⁊ preceptiua eorũ que ſunt ad finẽ. ⁊ ſic ad opus virtutis ꝯcurrit ⁊ prudentia que ẽ ꝑfectiua rõnalis per eẽntiã: ⁊ virtus moralis: que ẽ perfectiua appetitiua que ẽ rõnalis per participationẽ. Sʒ q̃re alterius particule aĩe que eſt penitus irrõnalis. ſ. nutritiue nõ ſit tale virtus que concurrat ad operationem humanaʒ ratio in promptu eſt: qꝛ in nutritiua potentia non eſt operari ⁊ non operari: ⁊ hoc requiritur ad operationẽ virtutis humane vt ex ſupradictis pʒ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ De eo aũt qd̃ eſt nihil eſſe magis operatiuos propter prudentiam bonorum ⁊ iuſtoꝝ parũ ſuperius incipienduʒ ſumentes principiũ hoc. quẽadmodum enim iuſta dicimus operantes quoſdaʒ nequaq; iuſtos eſſe. puta a legibus ordinata facientes vel nolentes vel propter ignorantiam vel propter alterũ quidem ⁊ non propter ipſa: quãuis operantur quidem que oportet ⁊ quecũq; oportet ſtudioſum. ſicut videtur eſſe qualiter habentem operari ſingula velut ſit bonus. Dico autem puta propter electionẽ ⁊ ipſorum gratia operatorum. Electionem quidem igitur rectam facit virtus. quecũq; autem illius gratia nata ſunt fieri non ſunt virtutis. ſed alterius potentie.

¶ Soluit id qd̃ oſtendebatur ꝙ ſine prudentia poſſit aliquis eſſe ⁊ fieri virtuoſus. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ prudentia non poſſit eſſe ſine virtute morali. Secũdo oſtendit ꝙ virtus moralis nõ poſſit eẽ ſine prudentia ibi. (Intendenduʒ vtiqʒ rurſus ⁊ de v̓. ⁊c̃.) Circa primuʒ duo facit. Primo oſtẽdit ꝙ ad hoc ꝙ aliquis ſit virtuoſus requirit᷑ non ſolum virtus moralis. ſed etiam q̃dam aliud operatiuum principium. Secũdo oſtendit quid ſit. ibi. (Dicendum aũt ⁊c̃.) Tertio oſtendit ꝙ prudentia ſuper principium addit ad intentioneʒ virtutis moralis ibi. (Eſt aũt prudẽtia ⁊c̃.) Dicit ergo ꝑmo ꝙ ad ſoluendũ hoc qd̃ dictũ eſt ꝙ propter prudentiaʒ nõ magis homo operabitur bona ⁊ iuſta ad hoc ꝙ fiat virtuoſus: oʒ parũ ſuperius ĩcipere reſumẽtes q̃dã eoꝝ q̃ dicta ſunt ⁊ incipiem⁹ hinc ꝙ ſic̃ ſupra dictũ eſt ꝙ ꝗdaʒ operant᷑ iuſta: ⁊ tamẽ non dicimus eſſe iuſtos. ſicut cũ aliqui operant᷑ ea que ſunt ſtatuta legibus vel inuiti vel ꝓpter ignorantiam: aut aliquam aliam cauſam. puta ꝓpter lucrum ⁊ non ꝓpter amorẽ ipſoꝝ operũ iuſtitie. ⁊ talis inquaʒ nõ dicuntur iuſti: ꝗ̃uis operent᷑ ea que oportet eos facere. ⁊ etiam ea que oportet facere bonuʒ virum. ⁊ ita etiam in ſingulis virtutibus opʒ hominem aliqualr̓ operari ad hoc ꝙ ſit bonus vl̓ virtuoſus. vt ſcilicet operetur ex electione. ⁊ quia placeant ei ipſa opera virtutis. iam autem ſupradictum eſt ꝙ virtus moralis facit electionem rectam quantum ad intentionem finis. ſed ea que

nata ſunt fieri propter finem non pertinēt ad virtutem: ſed ad quādā aliam potentiam.i.ad quoddam aliud operatiuū principiū qđ ingeniatur vias ducentes ad fines. ⁊ ſic hꝰ principium eſt neceſſariū ad hoc ꝙ homo ſit virtuoſus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dicendum autem ſcientibus manifeſtius de ipſis eſt vtiqꝫ quedā potentia quā vocant dinotica hec autem eſt talis vt ad ſuppoſitam intentionem contendentia poſſit hec operari ⁊ ſortiri ipſis. Siquidez igitur intentio ſit bona laudabilis eſt. ſi autem praua aſtutia ꝓpter qđ ⁊ prudentes dinos ⁊ aſtutos aimus eſſe.

¶ Oſtendit quid ſit illud principium. ⁊ dicit ꝙ de predictis aliquid ē vlterius dicendū vt manifeſtiꝰ ſciātur. eſt itaqꝫ quedam potentia.i.operatiuū pncipium quā vocāt dinoticaz q̄ſi ingenioſitatē quandam ſiue induſtriā que talis eſt vt per eam poſſit operari ea que ordinanť ad intentionem quā homo preſuppoſuit ſiue bonam ſiue malam. ⁊ ꝙ per ea que operatur poſſit ſortiri.i.cōſequi finē. ⁊ ſi quidem intentio ſit bona huiuſmodi ingenioſitatis ſit laudabilis. ſi autem ſit praua vocatur aſtutia que ſonat in malum: ſicut prudentia ſonat in bonum. ⁊ qꝛ dinotica cōmunis eſt vtriqꝫ. inde eſt ꝙ tam prudētes q̄ꝫ aſtutos dicimus eſſe dinoticos .i. ingenioſos ſiue induſtres. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt autez prudentia non hec potentia ſed nō ſine potentia hac. Habitus autem viſui hic ſit anime non ſine virtute vt dictum eſt: ⁊ eſt manifeſtum. ſimili enim operabilium principium habentes ſunt. qꝛ talis finis ⁊ optimus q̄liſcūqꝫ ens. ſit eni ſermonis gratia quodcūqꝫ. hoc aūt niſi bono nō apparet. peruertit enim malitia ⁊ mentiri facit circa practica principia. quare manifeſtum quoniaz impoſſibile prudentem eſſe non entem bonum.

¶ Oſtēdit ꝙ prudentia addat ſupra predictum pncipiū. ⁊ dicit ꝙ prudentia. non eſt omnino idem qđ predicta potentia.ſ.dinotica: ſed tamen nō poteſt eſſe ſine ea: ſꝫ huic viſui.i.huic cognoſcitiuo pncipio.ſ.dinotice habitus prudentie non ſit ſine virtute morali: que ſe habꝫ ſemper ad bonum: vt dictum eſt. ⁊ ratio huius manifeſta: quia ſicut ſillogiſmi ſpeculatiui habent ſua principia: ita alioꝝ operabiliū principium eſt ꝙ talis finis ſit bonum ⁊ optimuꝫ qualiſcūqꝫ finis ſit ille: propter quem operatur aliqs ⁊ ponať quodcūqꝫ exempli gratia. puta temperato optimuꝫ ⁊ quaſi principium eſt attingere mediū in concupiſcētys tactus. ſed ꝙ hoc ſit optimum non apparet niſi bono.i. virtuoſo qui habet rectam exiſtimationem de fine cum virtus moralis faciat rectam intentionem finis ꝙ alys malis non apparet: id qđ vere eſt optimum pꝫ per hoc ꝙ malitia oppoſita virtuti ꝑuertit iudiciū rōnis: ⁊ facit mētiri circa fines q ſunt circa practica pnª. ſič ītemperato vr̄ optime ſeq ꝯcupiſcentias. nō.n. recte pōt ſillogizare ſi erretur circa pnª. cū ġ ad prudentē ꝑtineat recte ſillogizare de opabilibꝰ: manifeſtū ē ꝙ impoſ̄e eſt eſſe prudentē illū qui nō eſt virtuoſus. ſicut non poteſt eſſe ſciens qui erraret circa principia demonſtrationis.

17m I[T]tendendum vtiqꝫ rurſus ⁊ de virtute. etenim virtus ſimiliter habet vt prudentia ad dinoticā. non idem qdem: ſimile autem: ſic ⁊ naturalis virtus ad principalem. omnibus enim videtur ſingulos morum exiſtere natura aliqualiter. etenim iuſti ⁊ temperati ⁊ fortes ⁊ alia habemus confeſtim a natiuitate. ſed tamen querimus alterum quidem principaliter bonum eſſe ⁊ talia ſm moduꝫ alterum exiſtere. etenim pueris ⁊ beſtijs naturales exiſtunt habitus: ſed ſine intellectu nociui videntur exiſtentes. verſitamen tantum videť videri. quoniam queādmodum corpori forti ſine viſione moto accidit falli fortius propter nō habere viſum: ſic ⁊ hic. Si autez accipiat intellectum in operari differt. Habitus autem ſimilis exiſtens tunc erit ꝓprie virtus. Quare quēadmoduꝫ in opinatiuo due ſunt ſpēs: dinotes ⁊ prudentia. ſic in morali due ſunt. hec qdem virtus naturalis. hec autem principalis ⁊ harū principalis nō ſit ſine prudentia.

¶ Poſtq̄ꝫ philoſophus oſtendit ꝙ prudentia non poteſt eſſe ſine morali virtute. Hic oſtendit ꝙ moralis virtus non poteſt eſſe ſine prudentia. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit propoſitū. Secūdo ex hoc ſoluit quandam dubitationē incidentē ibi. (Sed ⁊ rō ſic diſſolueť ⁊c̄.) 3° concludit principale intentum. ibi. (Manifeſtū autem q̄ꝫuis ⁊c̄.) Circa primū duo facit. Primo oſtendit propoſitum per rationem. Scđo per dicta aliquoꝝ ibi. (Propter qđ autem homines ⁊c̄.) Dicit ergo primo ꝙ exquo oſtenſum eſt ꝙ prudentia non poteſt eſſe ſine virtute morali. Rurſus intendendum eſt de virtute morali vtrum .ſ. poſſit eſſe ſine prudentia. ita.n. ſe hꝫ circa virtutem moralem ſicut dictum eſt de prudentia ⁊ dinotica: ꝙ lꝫ nō ſunt idem penitus: ſed tn̄ habent aliquam ſimilitudinez adinuicem: inquantū vtraqꝫ adinuenit cōuenientes vias ad finem propoſitum. Ita etiam videtur ſe habere circa virtutem naturalem ⁊ principalem.i.moralem que ē ꝑfecta virtus. ꝙ aūt detur virtus naturalis que preſupponitur morali pꝫ ꝑ hoc ꝙ ſinguli mores virtutum vel viciorum videntur exiſtere aliquibus hominibus. naturaliter. ſtatim enim quidam homines a ſua natiuitate vidēťur eſſe iuſti vel temperati vel fortes ꝓpter naturalē diſpoſitionem qua inclinanť ad opera virtutum. que qdez naturalis diſpoſitio quātū ad tria poteſt attendi. Primo quidem ex parte rationis cuꝫ naturaliter indita ſint prima principia operabiliū humanoꝝ. puta nulli eſſe nocendum: ⁊ ſimilia. Secūdo ex parte voluntatis que de ſe naturaliter mouetur a bono intellecto ſicut a proprio obiecto. Tertio ex parte appetitus ſenſitiui ſm ꝙ ex naturali complexione quidam ſunt diſpoſiti ad iram: quidā ad concupiſcentias vel ad alias paſſiones: aut magis aut minus aut mediocriter: in quo conſiſtit virtus moralis. ſed prima duo cōmunia ſunt hominibus omnibus. vnde ſꝫ hoc dicit ph̄s quoſdam eſſe naturaliter fortes vel iuſtos: ⁊ tamē nō requiritur in his: qui naturaliter ſunt tales: aliquid qđ ſint principaliter bonum ad hoc ꝙ predicte virtutes ſm perfectiorē modum in nobis exiſtant: ꝙ predicti naturales habitus ſiue inclinatiōes in pueris ⁊ in beſtys inſunt. ſicut leo naturaliter eſt fortis ⁊ liberalis. ſed cum hꝰ habitus naturales videntur eſſe nociui niſi adſit diſcretio intellectus. ⁊ videtur ꝙ ſicut in motu corporali ſi corpus fortiter moueať abſqꝫ viſu dirigente accidit

ꝙ id qđ mouet̃ purgat ⁊ fortiter ledatur. ita etiã ⁊ hic. ſi enim aliquis habeat fortem inclinationem ad opus alicuꝰ virtutis moralis: ⁊ non adhibeat diſcretionẽ ad opus illud virtutis moralis accidet grauis leſio vel corporis proprij: ſicut in eo qui inclinat ad abſtinentiam ſine diſcretione vel reſpectu exteriorꝫ ſi inclinet̃ ad liberalitatẽ ⁊ ſimile eſt in alijs virtutibus. Sed ſi hᵉ inclinatio coaccipiat in opando intellcm̃. vt. ſ. cũ diſcretione opet̃: tunc multum differt ẜm excellentiam bonitatis ⁊ habitus: q̃ erit ſimilis tali operationi cum diſcretione facte erit proprie ⁊ perfecte virtus que eſt moralis. ſicut igitur in parte anime operatiue due ſpecies ſunt ꝓncipiorꝫ operatiuorum. ſ. dinotica ⁊ prudentia: ita etiam in parte appetitiua que pertinet ad morales ſunt due ſpecies. ſ. virtus nãlis ⁊ moralis que eſt principalis. ⁊ hoc non põt fieri ſine prudentia ſicut oſtenſum eſt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter qđ aiunt omnes virtutes prudentias eſſe.

¶ Manifeſtat ꝓpoſitũ per dicta aliorꝫ. Et primo ꝑ dcm̃ Socratis. Scđo per dictũ eorꝫ qui ſuo tpe erãt. ibi. (Signum aũt ⁊c̃.) Circa ꝑmum duo facit. Primo ꝓponit dictum Socratis: ⁊ dicit ꝙ propter predictã affinitatẽ virtutis moralis ad prudentiã Socrates dixit oẽs virtutes morales eſſe prudentias. ¶ Secũdo ibi.

¶ Et ſocrates ſic quidẽ recte querebat. ſic autez

isᵐ peccabat. ¶ Quoniam quidem enim prudentias eſtimabat eſſe oẽs virtutes peccabat. qm̃ aũt non ſine prudentia bene dicebat.

¶ Oſtendit in quo deficiebant: ⁊ dicit: ꝙ in hoc dicto Socratis inquiſitio quantum ad aliquid erat recta: quãtum aũt ad aliquid peccabat. in hoc. n. ꝙ eſtimabat oẽs virtutes morales eſſe prudentias peccabat: cum virtus moralis ⁊ prudentia ſint in diuerſis partibus anime. Sed quãtum ad hoc bene dicebat ꝙ virtus moralis non poteſt eẽ ſine prudentia. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Signũ aũt etenim nũc omnes quando diffiniunt virtutẽ apponũt habituꝫ dicentes ⁊ que eſt ẜm rectam rõnem. recta aũt que ẜm prudẽtiam. videntur vtiqꝫ diuinare aliqualr̃ oẽs. qm̃ talis habitus virtus ẽ que ẜm prudentiam.

¶ Confirmat idem per dicta modernorꝫ. Et primo ponit dictuꝫ eorꝫ. Secũdo oſtendit in quo deficiant. ibi. (Opꝫ aũt ⁊c̃.) Dicit ergo primo ꝙ ſignũ huius ꝙ virtus moralis non ſit ſine prudentia. qꝛ ẽt inter oẽs diffinientes virtutem ponentes eam in genere habitus dicunt ad que ſe extendat virtus. ⁊ ꝙ hoc ſit ẜm rationem rectam. manifeſtum eſt aũt ex premiſſis ꝙ ratio recta in agibilibus ẽ ꝙ eſt ẜm prudentiã. Si igitur omnes ſic diffinientes: ⁊ ſi non diſtincte determinent: vident̃ tñ aliqualr̃ dinare ſeu coniecturare ꝙ virtus eſt talis habitus qui eſt ẜm prudentiam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Oportet aũt parum tranſcendere. Non eniꝫ ſolum qui ẜm rectam rõnem: ſed qui cum recta rõne habitus virtus eſt. Recta aũt de talibꝰ ratio prudentia. Socrates quidem igit̃ rões virtutes eſtimabat eſſe. ſcias enim eſſe omnes. nos aũt cũ ratione. Manifeſtũ igitur ex dictis qm̃ nõ poſe bonũ eẽ principalr̃ ſine prudentia. neqꝫ prudentem ſine morali virtute.

¶ Oñdit in q̃ deficiant ſic dicẽtes. ⁊ dicit ꝙ oportet parũ tranſcendere eorꝫ dictum aliquid addendo. nõ. n. ſolũ hꝫ hoc virtus moralis: ꝙ ſit ẜm rõnem rectam: qꝛ ſic poſſet aliquis eſſe virtuoſus moraliter ſine hoc ꝙ haberet prudentiam per hoc ꝙ eſſet inſtructus per rõneꝫ alterius. ſꝫ opꝫ vlterius dicere ꝙ virtus moralis eſt habitus cuꝫ ratione recta: que quidem eſt prudentia. ſic igitur pꝫ ꝙ Socrates plus dixit q̃ʒ oporteret dum exiſtimauit ꝙ omnes virtutes morales eſſent ẜm rões: ⁊ non cum ratione. qꝛ dicebat eas eſſe ſcias ſiue prudentias. alij vero minus dixerunt q̃ʒ oporteret ponẽtes eſſe ſolum ẜm rões. Ariſtoteles vero mediũ tenuit ponens virtutem moralem eſſe ẜm rõnem: ⁊ cũ rõne. ſic igitur manifeſtuꝫ eſt ex dictis ꝙ non eſt poſſibile aliquem hominẽ eſſe bonum principaliter. i. ẜm virtutẽ moralẽ ſine prudentia. neqꝫ etiam ſine morali virtute. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed ⁊ ratio ſic diſſoluet̃ qua diſputat quis qm̃ ſeparant̃ abinuicem virtutes. Non eni idẽ optime natus ad omnes: quare hanc quidẽ ſciuit. Hanc aũt nequaq̃ʒ aſſumens erit.

¶ Soluit ex premiſſis quãdam incidentẽ queſtioneꝫ. Et primo mouet dubitationem. Secũdo ſoluit ibi. (Hoc. n. ẜm quidem ⁊c̃.) Dicit ergo primo ꝙ per premiſſa poteſt ſolui ratio: quam quidam inducunt diſputantes ad hoc ꝙ virtutes abinuicẽ ſeparent̃: ita. ſ. ꝙ vna virtus abſqꝫ altera poſſit haberi. videmus enim ꝙ non idem homo ẽ inclinatus ad omnes virtutes. Sed alius ad liberalitatẽ alius ad temperantiam: ⁊ ſic de alijs. facile enim vnuſqſqꝫ perducitur in id ad qđ nãlr̃ inclinatur. Eſt aũt difficile aliquid aſſequi contra nature impulſum. Sequit̃ ergo ꝙ homo qui eſt naturaliter diſpoſitus ad vnam virtuteꝫ: ⁊ non ad aliam ſciuit. i. aſſecutus eſt hanc virtutẽ ad quã naturaliter erat diſpoſitus. ⁊ loquit̃ ẜm Socratem: qui ponebat virtutes eſſe ſcientias. hanc autem. ſ. virtutem: ad quã non eſt naturaliter diſpoſitus: nequaquam conſequetur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hoc enim ẜm quidem naturales virtutes cõtingit. ſcđm quas autem ſimpliciter dicitur bonus non contingit. ſimul enim prudentie vni exiſtenti omnes inerunt.

¶ Qđ dictum eſt verificatur ẜm virtutes naturales. non aũt ẜꝫ virtutes morales: ẜm quas aliquis dicitur ſimplr̃ bonus. ⁊ hoc ideo qꝛ nulla earũ poteſt haberi ſine prudẽtia. nec prudentia ſine his: vt oſtenſum ẽ. ⁊ ſic quãdo prudentia: que eſt vna virtus: ineſt alicui. ſimul inerunt cuꝫ ea oẽs: quarũ nulla erit prudentia non exiſtẽte. ſignanter autem dicit vni exiſtenti. qꝛ ſi eſſent diuerſe prudẽtie circa materias diuerſaꝫ virtutũ moraliũ: ſicut ſunt diuerſa artificiorum genera: non prohiberet vnam virtutem moralem eſſe ſine alia: vnaquaqꝫ earum habente prudentiã ſibi correſpondentẽ. ſed hoc nõ põt eſſe. qꝛ eadem ſunt ꝓncipia prudentie ad totaꝫ mãm moralẽ: vt. ſ. oĩa redigant̃ ad regulam rõnis. ⁊ ideo ꝓpter prudentie vnitatem oẽs virtutes morales ſunt ſibi connexe. poteſt aũt cõtingere ꝙ alicui habenti alias morales virtutes: dicatur aliqua virtus deeſſe propter defectũ mãe. ſicut pauperi virtuoſo deeſt magnificẽtia. qꝛ nõ hꝫ vnde faciat magnos ſumptus. ex ipſa tñ prudentia: quã habet: eſt talr̃ conſtitutus: vt in promptu habeat magnificus fieri ſi materia nõ deſit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifeſtum autem q̃ʒuis ſi non eſſet practica quoniam indigeret vtiqꝫ ipſa propter particule virtutem eſſe: ⁊ quoniam non erit electio

recta ſine prudentia neqꝫ ſine virtute. hec qdeꝫ enim finem. hec autē que ad finē facit operari.

¶ Concludit principale intentū epylogans que dicta ſūt. ⁊ dicit manifeſtū eſſe ex dictis: qꝛ ēt ſi prudentia non eēt operatiua: ꝙ homo indigeret ipſa propter hoc ꝙ eſt virtꝰ perfectiua cuiuſdam particule anime. ⁊ iterum manifeſtum eſt ꝙ eſt operatiua. qꝛ electio recta que requirit̄ ad operationē virtutis non eſt ſine prudentia ex virtute mo rali. qꝛ virtus moralis ordinat ad finē. prudentia aūt dirigit circa ea que ſunt ad finem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed tñ neqꝫ ⁊ principalis eſt ſapientie. neqꝫ melioris particule. queadmodum neqꝫ ſanitatis medicinalis. non enim vtitur ipſa ſed videt qualr̄ fiat illa cuius gratia precipit ſed non illi. Adhuc ſimile ⁊ ſiquis politicam dicat principari diis: qm̄ p̄cipit circa oīa q̄ in ciuitate.

¶ Soluit dubitationem motam de comparatione prudētie ⁊ ſapientie. Et dicit ꝙ prudentia non principat̄ ſapientie. neqꝫ id qđ eſt deterius p̄ncipat̄ meliori. ⁊ inducit ad hoc duo exempla. quoꝝ primū eſt. qꝛ ars medicine precipit quidē quid debeat fieri ad ſanitatē cōſequendā. non tñ principat̄ ſanitati. qꝛ non vtitur ipſa ſanitate: qđ eſt proprium artis: vel ſcie principantis. vt. ſ. vtatur ea cui principatur precipiendo illi. ſed ars medicine precipit qualr̄ fiat ſanitas: ita ꝙ precipit ꝑpter ſanitatē. ſed non ſanitati. ⁊ ſimilr̄ prudentia in politica non vtitur ſapientia precipiens illi qualiter debeat iudicare circa res diuinas. ſꝫ precipit ꝑpter illam: ordinans. ſ. qualr̄ homines poſſint ad ſapientiam peruenire. vnde ſicut ſanitas eſt potior q̄ꝫ ars medicine: cum ſit eius finis. ita ſapientia prudentie p̄eminet. Secūdum exemplum eſt ꝙ cum politica precipiat de oībus que ſunt in ciuitate. conueniens eſt ꝙ precipiat de his que pertinent ad cultuꝫ diuitiū: ſicut precipit de his que pertinent ad ſtudium ſapientie. ſimile igitur ē propter hoc prudentiam aut politicaꝫ preferre ſapientie: acſi aliquis preferret eam deo: qđ manifeſtum ē inconueniens. Et ſic terminatur ſexti libri ſententia.

¶ Incipit liber ſeptimus.

Poſt hec autem dicendum. Aliud facientes principiuꝫ: qm̄ circa mores fugiēdoꝝ tres ſunt ſpēs: malitia incōtinētia ⁊ beſtialitas.

¶ Poſtq̄ꝫ phs ſupra determinauit de v̄tutibꝰ moralibꝰ et intellectualibus. Hic incipit determinare de quibuſdaꝫ que conſequunt̄ adinuicem. Et primo de continentia q̄ eſt quoddam īperfectū in genere virtutis. Scđo de amicitia q̄ eſt quidā effectꝰ virtutis ī octauo libro. ibi. (Poſt hec autē de amicitia ⁊c̄.) Tertio de fine libri in. x. libro. (Poſt hec auteꝫ de electione ⁊c̄.) Et circa primū duo facit. Primo determinat de continentia ⁊ eius oppoſito. Secūdo de electiōe ⁊ triſtitia que ſunt eaꝝ materia. ibi. (De delectatiōe aūt ⁊c̄.) Circa primū duo facit. Primo diſtinguit cōtinentiā ab alijs que ſunt eiuſdem generis. Secundo determinat de ea. ibi. (Videtur vtiqꝫ continētia ⁊c̄.) Circa primū duo facit. Primo diſtinguit continētiam ⁊ eius oppoſitum ab alijs que ſunt eiuſdē generis. Secūdo oſtendit de quibus eoꝝ ſit dictum ⁊ de quibus reſtet dicendū. ibi. (Sꝫ de hac quidem diſpoſitione ⁊c̄) Circa primum duo facit. Primo enumerat habitus ſeu diſpoſitiones circa moralia vituperabiles. Secūdo ponit eaꝝ oppoſita. ibi. (Cōtraria aūt ⁊c̄.) Dicit ergo p̄mo ꝙ poſt ea que dicta ſunt de virtutibus moralibus ⁊ intellectualibus ad hoc ꝙ nihil moraliū pretermittat̄. opꝫ ab alio principio reſumere. vt dicamus ꝙ eoꝝ que ſunt circa mores fugienda tres ſpēs ſunt. ſ. malitia ⁊ incontinentia ⁊ beſtialitas. ⁊ hoꝝ quidem differentiaꝫ oꝫ ſic accipere. cū eniꝫ: vt in ſexto dictū eſt: bona actio non ſit ſine ratiōe practica natura ⁊ appetitu recto per hoc ꝙ aliquid horum duoꝝ peruertitur contingit ꝙ aliquid in moralibus fugiendū. ſi quidem igitur ſi peruerſitas ex parte appetitus vt ratio practica remaneat recta erit incontinentia. que. ſ. qñ aliquis rectam eſtimationeꝫ habet de eo qđ eſt faciendum vel vitandū. ſed ꝑpter paſſionem appetitus in contrariū trahit. ſi vero intantū inualeſcat appetitus peruerſitas vt rationi dñetur: ratio ſequitur id in quo appetitus corruptus inclinat. ſicut principium qđdā extimans illud vt finem optimū. vñ ex electione operabitur peruerſa: ex quo aliquis dicitur malus. vt dictum eſt in quinto. vñ talis diſpoſitio dicit̄ malitia. ¶ Eſt aūt conſiderandum ꝙ peruerſitas in vnaquaqꝫ re contingit ex eo ꝙ corrumpitur temperantia debita illius rei: ſicut egritudo corporalis in homine ꝓuenit ex eo ꝙ corrumpitur humoꝝ debita proportio huic homini. ⁊ ſimilr̄ peruerſitas appetitus: qui interdū rōnē peruertit in hoc conſiſtit: ꝙ cum corrumpitur cōmenſuratio affectionū hūanarū: talis aūt corruptio nō conſiſtit in indiuiſibili. ſꝫ hꝫ latitudinem quādaꝫ: vt pꝫ de temperantia humoꝝ ī corpore humano. Saluatur enim natura humana cuꝫ maiori vel minori caliditate. ⁊ ſimilr̄ cōtemperātia vite humane ſaluat̄ ſm diuerſas maneries affectionū. vno igit̄ modo poteſt contingere peruerſitas in tali conſonantia ita ꝙ non exeatur extra limites humane vite. ⁊ tūc dicet̄ ſimplr̄ īcontinentia vel malitia humana. ſicut egritudo humana corporalis: in qua ſaluari pōt natura humana. Alio modo poteſt corrūpi continentia humanarum affectionum. ita ꝙ progrediatur vltra limites humane vite in ſimilitudinem affectionum alicuius beſtie. puta leonis aut porci. ⁊ hoc eſt qđ vocat̄ beſtialitas. ⁊ eſt ſimile ſicut ſi ex parte corporis cōplexio alicuius mutaret̄ in cōplexionem leoninam vel porcinam. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Contraria autem duobus manifeſta. hoc quidem enim virtutem. hoc autem continentiam vocamus.

¶ Ponit contrarias diſpoſitiones p̄dictis. Et primo proponit duo de quibus manifeſtum eſt. ⁊ dicit ꝙ contraria duoꝝ predictorum ſunt in anima. nam malitie cōtrariatur virtus incontinentie v̄o cōtinentia. ¶ Scđo ibi.

¶ Ad beſtialitatem maxime congruit dicere ſupra nos virtutem heroycaꝫ quādam ⁊ diuinā.

¶ Oſtendit quid opponatur vitio. ſ. beſtialitati. Et primo ꝓponit qđ intendit. Scđo manifeſtat ꝓpoſitū ibi. (Quēadmodū homerꝰ ⁊c̄.) Dicit ergo p̄mo qđ beſtialitati cōuenienter dr̄ opponi virtus que cōem modū hominum excedit. ⁊ vocari p̄t heroyca ſeu dīna heroas. enī gentiles cabant animas defunctoꝝ viroꝝ inſigniū: quos etiā eſſe deificatos dicebant. Ad cuius euidentiā conſiderandū eſt ꝙ anima humana media eſt inter ſuperiores ſubſtantias ⁊ diuinas quibus communicat per intellectum: ⁊ alia bruta ⁊ quibus communicat in ſenſitiuis potentijs. ſic ergo affectiones ſenſitiue partis aliquando in homīe corrumpuntur vſqꝫ ad ſimilitudinē beſtiarum: ⁊ hoc vocatur beſtialitas ſupra humanam malitiam ⁊ incontinētiam. ita etiam rōnalis pars quandoqꝫ in homine perficitur ⁊ format̄ vltra cōem modum humane perfectiōis q̄ſi ad ſimilitudinē ſubſtantiarum ſeparataruꝫ. ⁊ hec nominatur virtus diuina ſupra humanam virtutem ⁊ cō

munē.Jta enim ſe habet rex ordo:vt mediū ex diuerſis
partibus attingat vtrūqꝫ extremū.vnde etiam in huma
na natura eſt aliquid qd̄ attingit ad id qd̄ eſt ſuperius:ali
quid qd̄ cōiungitur inferiori.aliquid vero qd̄ medio mo
do ſe habet.¶ Deinde cum dicit.

¶ Queadmodū homerꝰ de hectore fecit dicē/
tem priamum:quoniaꝫ valde erat bonus neqꝫ
videbatur viri mortalis puer exiſtere ſed dei:
quare ſi quemadmodum aiunt ex hominibus
fiunt dij propter virtutis ſuperexcellentiam:ta
lis quidem vtiqꝫ erit videlicet beſtialitati oppo
ſitus habitis.

¶ Manifeſtat qd̄ dixerat.Et p̄mo manifeſtat ꝙ ſit i hoi/
bus quedam virtus heroyca vel diuina.Secūdo oſtēdit
ꝙ talis virtus opponatur beſtialitati.ibi.(Et enim quē/
admoduꝫ ⁊c̄.)Primum aūt manifeſtat dupliciter.Uno
modo per dictum homeri qui introduxit priamū de filio
ſuo hectore dicenteꝫ ꝙ erat excellenter bonus.ita ꝙ nō
videbaꝛ̄ mortalis hominis exiſtere filius.ſed dei.qꝛ qd̄/
dam diuinū apparebat in eo vltra cōem hominū moduꝫ
Secūdo manifeſtat ideꝫ per cōmune dictū gentiliū qui
dicebant quoſdam homines deificari:qd̄ Ariſt.non dicit
eſſe credendū quantū ad hoc ꝙ hō vertaꝛ̄ in nām diui/
nam.ſed ꝓpter excellentiam virtutis ſupra cōem modū
hominū:ex quo pꝫ eſſe in hominibus aliq̄bus quādā vir
tuti.⁊ ↄcl̄dit hāc v̄tutē eē beſtialitatē oppoſitā.¶ D.c.d.

¶ Etenim queadmodū neqꝫ beſtie eſt malitia:
neqꝫ virtus ſic neqꝫ dei.ſed hoc quidē honora/
bilius virtute.hoc autem qd̄dā genus malitie.

¶ Probat propoſitū duplici ratione.Primo quidē quia
malitiam vel virtutē dicimus ꝓpriā hoi.vnde neqꝫ ma/
litia attribuiꝛ̄ beſtie q̄ ē infra hominē.neqꝫ v̄tus deo qui
eſt ſupra hominem.ſed virtus diuina ē honorabilior vir/
tute humana:quā ſimpliciter virtutem nominamꝰ.puer
ſitas aūt beſtie eſt quoddam alterū genus malitie a ma/
litia hūana q̄ ſimpl̄r malitia dr̄.¶ Scdaꝫ rōnē pōit ibi.

¶ Quia aūt rarum ⁊ diuinū virum eſſe queād/
modum lacones cōſueuerūt appellare:qn̄ ad/
mirantur valde aliquē:diuinus vir aiūt:ſic ⁊
beſtialis i omnibus rarus. Maxime aūt in bar
baris eſt.fiunt aūt qdā ⁊ propter egritudines ⁊
orbitates:⁊ propter malitiā aūt hominū ſuper
cedentes:ſic ſuperinfamamus.

¶ Et dicit ꝙ homines in quibus inueniꝛ̄ tanta bonitas
que raro īuenitur in hominibus videnꝛ̄ diuini viri.vn/
de lacones.ſ.quidam grecie ciues qn̄ valde admiranꝛ̄ ali
cuius hominis bonitatē dicunt.iſte eſt vir diuinus.⁊ ſimi
liter ex parte malitie beſtialis raro inueniꝛ̄ inter hoīes.
Et ponit tres modos ſm̄ quos aliqui fiunt beſtiales.quo
rum primus ex ↄuerſatione gentis ſicut apud barbaros
qui rōnabilibus legibus non vtuntur ꝓpter malaꝫ cōeꝫ
conſuetudinē aliqui incidunt in malitiam beſtialē.Se/
cundo cōtingit aliquibus propter egritudines.⁊ orbita/
tes.i.amiſſiones carorꝫ ex quibus in amentiaꝫ incidunt:
⁊ quaſi beſtiales fiunt.Tertio ꝓpter magnū augmentuꝫ
malitie:ex qua ↄtingit ꝙ quoſdaꝫ ſuperexcellenter diffa
mamus dicentes eos beſtiales.quia igitur ſicut virtus
diuina raro in bonis īuenit:ita ⁊ beſtialitas raro in ma/
lis:videnꝛ̄ ſibi ꝑ oppoᵐ rn̄dere.¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed de hac quidē diſpōne poſterius faciēdū
quādam recordationē.de malitia aūt dictū eſt
prius.¶ De incōtinentia aūt ⁊ mollitie ⁊ deli 2m
tijs dd̄ꝫ eſt:⁊ de ↄtinētia ⁊ ꝑſeuerātia.Neqꝫ.n.
vt de eiſdē habitibꝰ v̄tuti ⁊ malitie vtrāqꝫ ipſa/
rum ſuſcipiēdū.neqꝫ vt alterū genus.

¶ Oſtendit q̄d de talibus ſit dictum.⁊ quid reſtat ddꝫ.Et
primo continuat ſe ad precedentia ⁊ ſequentia.Scdo de
monſtrat modum agendi.ibi.(Oportet aūt ⁊c̄.) Dicit g̊
primo ꝙ de hac diſpoſitione.ſ.beſtiali poſterius fiet que/
dam recordatio.ſ.in hoc eodē libro.de malitia aūt virtu/
ti oppoſita dictum eſt prius.vbi determinatū eſt de vir/
tutibus moralibus.de incōtinētia āt que vituperaꝛ̄ circa
delectatiōes:⁊ mollicie ⁊ delitijs q̄ vitupanꝛ̄ circa triſti/
tias.ddꝫ ē nunc.⁊ ſil̄r de continentia que laudaꝛ̄ circa de
lectationes.⁊ perſeuerātia que laudaꝛ̄ circa triſtitias.ita
tn̄ ꝙ non eſtimemus hos habitꝰ neqꝫ eoſdē virtuti ⁊ ma/
litie.neqꝫ vt genere diuerſos.¶ Deinde cum dicit.

¶ Opꝫ aūt queādmoduꝫ in alijs ponentes que
apparent.⁊ primum dubitantes ſic oſtendere
maxime quidem oīa ꝓbabilia circa has paſſio/
nes.ſi aūt non:plura tn̄ ⁊ principaliſſima.ſi eni
ſoluantur difficilia:⁊ aſſumanꝛ̄ ꝓbabilia:oſtē/
ſum vtiqꝫ erit ſufficienter.

¶ Oſtendit modū ꝓcedendi.⁊ dicit ꝙ oꝫ hic ꝓcedere ſic
in alijs rebꝰ.vt.ſ.poſitis his que videnꝛ̄ ꝓbabilia circa
predicta prius inducamus dubitationes.⁊ ſic oſtendemꝰ
omnia que ſunt maxime ꝓbabilia circa predicta.⁊ ſi nō
oīa:qꝛ nō eſt hominis vt nihil a mente eius excidat.oſtē/
demus plurima ⁊ p̊ncipaliſſima:qꝛ ſi in aliqua mā diſſol
uantur difficultates.⁊ derelinquunꝛ̄ q̄ſi vera illa q̄ ſunt
ꝓbabilia ſufficienter ē determinatū.¶ Deinde cū dicit.

¶ Uidetur vtiqꝫ ↄtinentia ⁊ perſeuerantia ſtu/ 3m.
dioſorꝫ ⁊ laudabiliū eſſe.Jncontinentia aūt ⁊
mollities prauorꝫ ⁊ vituperabiliū.⁊ idem con
tinens ⁊ permanſiuus in rōne.⁊ incontinens ⁊
egreſſiuus a ratione.Et icontinens q̄deꝫ ſciēs
quoniam praua agit propter paſſionē.ↄtinens
aūt ſciens qm̄ praue concupiſcentie:non ſequi/
tur propter rationem.

¶ Determinat de continentia ⁊ incontinentia:⁊ perſeue/
rantia ⁊ mollicie.⁊ ſꝫ hoc qd̄ determiatū eſt.Primo pro/
ponit ꝓbabilia.Secūdo inducit dubitationes.ibi.(Du/
bitabit aūt vtiqꝫ aliq̄s.)Tertio ſoluit ibi.(Primū q̄deꝫ
igitur.)Circa p̄mum tria faċ.Primo ꝓponit probabilia
circa ipſam continentiam ⁊ incontinentiam.Secundo
circa cōparationeꝫ eorum ad alia ibi.(Et temperatum
quidē ē ⁊c̄.)Tertio circa eorꝫ mām.ibi.(Adhuc inconti
nentes ⁊c̄.)Circa primū ponit tria ꝓbabilia.quorū p̄mū
pertinet ad bonitatem ⁊ malitiā predictorꝫ.⁊ dicit ꝙ pro
babiliter vr̄ ꝙ continentia ⁊ perſeuerantia ſint ſtudioſa
⁊ laudabilia.Jncontinentia aūt ⁊ mollicies ſint praua ⁊
vituperabilia.Scdꝫ ꝑtinet ad rōnes diffinitiuas ipſorꝫ:
⁊ dicit ꝙ idem vr̄ eſſe continens qd̄ ille qui ꝑmanet in rō
ne.i.in eo qui ſm̄ rōnem iudicat eſſe agendū.Jncontinēs
autem videtur qui egreditur a iudicio rōnis.Tertiū ꝑti
net ad operationes eorum:⁊ dicit ꝙ incontinens ſcit ali/
qua eſſe praua.⁊ tn̄ agit ea ꝓpter paſſionē.cōtinens etiaꝫ
patitur quaſdaꝫ concupiſcentias q̄s ſcit eſſe prauas:⁊ nō
ſequitur eas ꝓpter iudiciū rōnis.⁊ hec duo ſunt etiaꝫ ex/
tendenda ad perſeuerantiam ⁊ ad molliciem circa triſti
tias.¶ Deinde cum dicit.

¶ Et temperatum quidem continentē ⁊ perſeueratiuū. talem aūt hi quidem oēm temperatū. hi aūt non. ⁊ intemperatū incontinentē. ⁊ incōtinentem intemperatū confuſe. hi aūt alterum eſſe aiunt. Prudentē autē qn̄qꝫ quidē nō aiunt contingere eſſe incontinentē: qn̄qꝫ aūt quoſdā prudentes exiſtētes ⁊ diuos icōtinētes eē.

¶ Ponit duo probabilia circa cōparationez eoꝝ ad alia. quorū pͫ accipiť ſm cōpationē ꝯtinētie ad tpantiā. ⁊ diť ꝙ vř tpatus eſſe ꝯtinēs. ⁊ pſeueratiu⁹: ſꝫ qdā dicūt ꝙ oīs ꝯtinēs ⁊ pſeueratiuus eſt tpatus. qdaꝫ aūt dicunt ꝙ nō. circa oppoſita vero eoꝝ quidam dicunt ꝙ omnis intemperatus eſt incontinens ⁊ econuerſo. confuſe. i. abſqꝫ aliq̄ diſtinctione. quidam aūt dicunt eos eſſe alteros. ſed accipitur per comparationem ad prudentiaꝫ. ⁊ dicit qn̄qꝫ dicunt homines ꝙ non contingit prudentē eſſe incontinentem. qn̄qꝫ aūt dicūt ꝙ quidam prudentes ⁊ diuini. i. ingenioſi ſunt incontinentes. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc icōtinētes qdē dicunť ⁊ ire ⁊ honoris ⁊ lucri. q̄ qdē igiť dicuntur: h̄ ſunt.

¶ Ponit vnū ꝓbabile circa materiam predictoꝝ. ⁊ dicit ꝙ qn̄qꝫ dicunť aliqui incontinentes non ſolum concupiſcentiaꝝ: ſed etiaꝫ ire honoris ⁊ lucri. Iſta igitur ſunt ſex que cōiter ſolent dici circa continentiam ⁊ incontinentiam ⁊ perſeuerantiam ⁊ molliciem.

DUbitabit autem vtique aliquis qualiter eſtimans recte icontinens eſt qs.

¶ Poſtq̄ꝫ ph̄s poſuit ea q̄ videnť eē ꝓbabilia circa ꝯtinentiā ⁊ icōtinētiā. Hic mouet dubitatiōes circa oīa p̄dicta. nō tn̄ eodē ordine quo ea ꝓpoſuit. ꝓpoſuit eniꝫ ea eodē ordine q̄ cadunt i hoīs ꝯſideratiōe ꝯſiderat āt hō aliqd primo. circa id qđ eſt cōe. puta an ſit bonū vel malū. 2° ꝯſiderat ꝓpriā rōnē rei. 3° opationeꝫ ei⁹. 4° cōpationē eius ad alia cū qb⁹ ꝯuenientiā hꝫ. 5° cōpationē ei⁹ ad illa a qb⁹ differt ⁊ vltimo ea que exterius circūſtā. In ponendo aūt dubitatiōes premitit illud qđ eſt magis dubitabile. Sic ḡ ꝯ ſex p̄dicta ponit ſex dubitationes. primā quidē circa tertiū ꝓbabile de actu cōtinentis ⁊ incontinentis. Scđo ponit aliā circa quintum qđ erat de comparatione ad prudentiam. ibi. (Prudentia a ūt cōtratendentē.) Tertia dubitatio eſt circa q̄rtū dubitabile qđ erat de cōpatiōe ad tpantiaꝫ. ibi. (Adhuc ſi i.) Quarta dubitatio ē circa 2ᵐ ꝓbabile qđ erat de diffinitione continentie ⁊ incōtinentie. ibi. (Adhuc ſi oī opinioni.) Quinta dubitatio eſt circa primuꝫ probabile qđ erat de bonitate ⁊ malitia cōtinentie ⁊ incōtinentie. ibi. (Adhuc in perſuaderi ⁊c̄.) Sexta dubitatio eſt circa ſextum ꝓbabile de materia cōtinentie ⁊ incontinentie. ibi. (Adhuc ſi circa oīa ⁊c̄.) Circa primū p̄mo ꝓponit dubitationeꝫ. ⁊ circa hoc dicit ꝙ aliquis poteſt dubitare q̄uo aliquis qui habet rectam eſtimationem eſt incontinens operando contraria. ¶ Secundo ibi.

¶ Scientem quidem igitur non aiunt quidam poſſibile eſſe. durum enim ſcientia exiſtente (vt exiſtimabat Socrates) aliud quidem iperare ⁊ trahere ipſum queādmodum ſeruum. Socrates quidem enim totaliter pugnabat ad rationem vt non exiſtente incontinentia. Nullū enim exiſtimantem operari preter optimū ſed propter ignorantiam.

¶ Proſequitur dubitationeꝫ. ⁊ primo obijcit ad vnā ptē. Secūdo obijcit ad aliam. ibi. (Iſte quidem igitur ⁊c̄.) Tertio excludit quorūdam ꝯcluſionē. ibi. (Sunt autem quidā ⁊c̄.) Dicit ergo primo. ꝙ qdā dicunt non eſſe poſſibile ꝙ aliquis eſtimamus recte: ita ꝙ ſit ſciens: ſit incōtinens. non enim fortius vincitur a debiliori. cum igitur ſcientia ſit quid fortiſſimū in homine. videť ꝙ exiſtente ſcientia in homine: aliquid aliud īparet ſcie: ⁊ trahat īpaꝫ quaſi ſeruā: cū magis ratio: cuius perfectio eſt: magis domineť ⁊ īperet ſenſibili parti ſicut ſerue. ⁊ hec fuit ratio Socratis. verū totaliter inſiſtebat huic rōni ꝙ icōtinētia non ſit. putabat enim ꝙ nullus recte eſtimans operatur aliquid preter id qđ eſt optimū. ſed ꝙ omne peccatū accidat propter ignorantiaꝫ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Iſte quidem igitur ſermo dubitat de apparētibus manifeſte: ⁊ optimum querere circa paſſionē ſi ꝓpter ignorantiā: quis modus ſit ignorantie. Qm̄ enī nō exiſtimat quidem incōtinēs exiſtens ante paſſionem: fieri manifeſtum.

¶ Obijcit in cōtrariū. Et dicit ꝙ iſte ſermo Socratis dubitationē inducit contra ea que ſunt apparentia: manifeſte. n. videmus aliquos operari illud qđ ſciunt eſſe malū. ⁊ ſi ita ſit ꝙ peccent propter ignorantiā: que adueniat eis dum ſunt in paſſione. puta concupiſcentie vel ire: optimū eſt querere qualis ignorantia ſit iſta. manifeſtū eſt enim ꝙ incontinens anteq̄ꝫ paſſio ſuperueniat: non exiſtimat faciēdū id qđ ꝑ paſſionē poſtea facit. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Sunt aūt qdam qui hoc quidem concedunt. h̄ aūt nō. ſcientia qdem enim nihil eſſe melius confitenť. Nullus aūt operari preter opinatuꝫ melius non confitentur. ⁊ ꝓpter hoc incontinentem aiunt nō ſciaꝫ hn̄tem iperari a voluptatibus. ſed hn̄tem opinionem.

¶ Excludit ſolōnē q̊rūdā. Et p̊ ponit eā dicens: ꝙ qdā ꝯcedūt quedā dictoꝝ a Socrate. ſ. ꝙ ſcia non trahitur. quidam autem non concedunt. ſ. ꝙ nullus peccet niſi ꝓpter ignorantiam. confitenť enim ꝙ nihil eſt melius ⁊ forti⁹ qđ ſcia q̄ꝫ. ſ. poſſit eam trahere. non tamen confitenť ꝙ nullus poſſit operari p̄ter id qđ opinať eē melius. ⁊ inde ē ꝙ dn̄t ꝙ icōtinens q ſuperatur a voluptatibus non hꝫ ſciaꝫ: ſed opinionē. ¶ Secūdo ibi.

¶ Sed tn̄ ſiquidē opinio ⁊ non ſcia neqꝫ fortis ſuſpicatio contratendens: ſed qeta queādmodūꝫ in dubitantib⁹. venia ei qđ ē nō manere in his ad ꝯcupiſcētias fortes. malitie āt nō venia. neqꝫ alioꝝ nulli vituperabiliū.

¶ Excludit ſolutioneꝫ predictā. ⁊ dicit ꝙ incōtinens aut habet opinionem fortem aut debilem. Si fortem eadeꝫ ratio videť de ea ⁊ de ſcientia: q̄ non minus inhereť vni q̄ꝫ alij vt infra dicetur. Si aūt non ſit fortis opinio tēdēs contra cōcupiſcentias ſed eſt quieta. i. remiſſa ⁊ debilis. ſicut accidit in his qui dubitant: videť hoc non eſſe iputandum: ſed venia dignū. ꝙ. ſ. hō non īmaneat debiliter opinatis contra concupiſcentias fortes. non autem dať venia neqꝫ malitie neqꝫ alicui aliorū vituperabiliū: inter que ē incontinentia. ita ſcilicet ꝙ totaliter ei non imputetur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Prudentia ergo contratendente. hoc enim fortiſſimum.

¶ Mouet dubitationem circa operationem continentie

ad prudentiam.qđ erat quintū ꝓbabile.Et p̄mo obycit ad vnam partē cōcludens ex premiſſis ꝙ aliquis poteſt eſſe incontinens licet habeat prudentiam:que incontrarium tendat.ſi enim incontinens habet opinionez contratendentē cōcupiſcentys prauis:ꝛ non habet debilez: qꝛ ſic non eſſet eis imputandū.relinquit̄ ergo ꝙ habeat fortem opinionē contratendentē.ſed iter opiniones prudentia eſt fortiſſima.ergo incōtinens maxime habet prudentiam contratendentē.¶ Secūdo ibi.

¶ Sed inconueniens.erit enim idem ſimul prudens ꝛ incontinens.dicet aūt vtiq̄ȝ nullus prudentis eſſe operari volentē prauiſſima.

¶ Oſtendit hoc eſſe inconueniens duplici ratione.quarū prima eſt.ꝙ ſm̄ hoc ſequet̄ ꝙ idem ſimul ſit prudens et incontinens:qđ videt̄ impoſſe.nullus enim dicit ad prudentiam pertinere ꝙ volens operet̄ prauiſſima.dictū eſt enim ſuperius in ſexto.ꝙ circa prudentiam peior eſt qui voluntarius peccat.¶ Secūdam rōnē ponit ibi.

¶ Cum his autem oſtenſum eſt prius qm̄ actiuus quidem extremoꝝ.prudens enim aliquis: ꝛ alias habens virtutes.

¶ Eſt enim ſupra oſtenſum ꝙ prudens non ſolum eſt cognoſcitiuus.qꝛ eſt aliquid extremorū.i.habēs eſtimationem rectam circa opabilia ſingularia:que ſupra in ſexto dixit extrema eſſe:ſed eſt etiam habens alias virtutes.ſ. morales vt in ſexto oſtenſum eſt.vnde non videtur poſſibile ꝙ aliqs prudēs ꝯ v̄tutes opet̄.¶ Deinde cū dicit.

¶ Adhuc ſiquidem in eo qđ eſt concupiſcētias habere fortes ꝛ prauas continens:non erit tēperatus ꝯtinens neq̄ȝ continens tēperatus.neq̄ȝ eni qđ valde tēperati:neq̄ȝ prauas habere. ſed tñ opȝ qdē.ſiquidem enim bone ꝯcupiſcētie prauus prohibens habitus non ſequi.Quare cōtinentia non oīs ſtudioſa.ſi autē infirme ꝛ non praue nihil venerabile.neqȝ ſi praue ꝛ infirme nihil magnum.

¶ Mouet dubitationē circa comparationem continētie ꝛ tpantie:qđ erat quartuȝ ꝓbabile.opȝ enim alterū triū dicere.quoꝝ primū eſt ꝙ cōtinens dicatur aliquis ex eo ꝙ hȝ concupiſcentias prauas ꝛ fortes:a quib⁹ non deducatur contra rationē.ꝛ ſi hoc eſt verum: temperatus non erit continens:neq̄ȝ continens erit temperatus.ille enim qui eſt perfecte temperatus.non hȝ prauas concupiſcentias:ꝛ ſic habere prauas concupiſcentias vehementes repugnat ei qđ eſt temperatū eſſe:oporteret autez ꝙ temperatus haberet prauas cōcupiſcentias ſi eēt continens:facta priori ſuppoſitione.2^m^ aūt triūz eſt ꝙ continens habeat concupiſcentias non prauas ſed bonas.ꝛ ſic ſequeretur ꝙ quicūq̄ȝ habitus ꝓhibet eas ſequi ſit prauus.talis aūt habitus eſt continentia.ergo non omnis cōtinentia erit ſtudioſa.Tertium triū eſt ꝙ concupiſcētie quas hȝ cōtinens nō ſint vehementes ſȝ infirme ꝛ debiles.ꝛ tūc ſi non ſunt praue:eſſe continentē nec erit venerabile nec laudabile:ꝛ ſi ſint praue:ꝛ tñ debiles:non erit magnū eis reſiſtere:ꝛ tñ continentia habet̄ tanq̄ȝ aliquid magnum ꝛ venerabile.videt̄ ergo ſequi incōueniens quicquid horum triū dicatur.¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc ſi omni opinioni permanſiuū facit cōtinentia:praua.puta ꝛ ſi falſe.

¶ Mouet quādam dubitationem circa ipſam diffinitionem continentie:qđ erat 2^m^ probabiliū ꝓpoſitorū.Et primo mouet dubitationez circa rōnē continentie:prout ſupra dictū eſt:ꝙ idem eſt continens ꝛ permanſiuus in ratione.ꝛ dicit ꝙ ſi continentia facit perſuaſiuū omni opinioni.i.ſi facit homini eſſe perſuaſum ꝙ omni opinioni īmoretur non recedens ab ea:ſequet̄ ꝙ quedam continētia ſit praua.contingit.n.aliquā opinionem eſſe falſam:a qua diſcedere eſt bonū.vñ ab ea detineri eſt prauum:cuȝ tñ continentia laudet̄ q̄ſi aliqđ bonū.¶ Secūdo ibi.

¶ Et ſi ab oī opinione incontinentia egreſſiuuȝ erit aliqua ſtudioſa incontinentia.puta ſophoclis neoptolem⁹ in philocthete.laudabilis eni nō permanens qbus ſuaſus eſt ab vlixe ꝓpter triſtari mentiens.

¶ Obycit contra rōnem incontinentie.prout ſupra dcm̄ eſt:ꝙ incontinens eſt egreſſiuus a ratione.ꝛ hoc trib⁹ rationibus.Quarum prima eſt.ꝙ ſi incontinentia ſit egreſſiua a quacūq̄ȝ opiniōe ſiue rōne:ſequetur ꝙ aliqua incōtinentia ſit bona.cuȝ tñ ſemper vituperet̄ vt mala.ꝛ hoc ideo:qꝛ aliqua opinatiua rō perſuadet aliquod malū fieri:qđ vitare eſt bonū.ꝛ ponit exemplum de hoc:ꝙ quidā poeta nomīe ſophocles narrat:ꝙ neoptolomus qui fuit ī bello troiāo:ꝑſuaſus fuit ab vlyſſe ꝙ mētiret̄ philothethe propter quādā cām que videbat̄ honeſta:q tñ poſtea nō permanſit in opinione:q̄ ſibi fuerat perſuaſa: propter qđ erat ei triſte ꝛ graue mentiri.ꝛ in hoc eſt laudabile. ¶ Secūdam rationem ponit ibi.

¶ Adhuc ſophiſticus ſermo mentiens dubitatio.ꝓpter iopinabilia enim velle arguere vt ſapientes ſint cū attingunt:falſus ſillogiſmus dubitatio fit.ligata eſt enim mens:cū manere non velit ꝓpter nō placere cōcluſuȝ.ꝓcedere aūt nō poſſit ꝓpter ſoluere nō habere ſermonē.

¶ Et dicit ꝙ rō ſophiſtica mentiens.i.concludens falſum eſt dubitatio.i.dubitationis cauſa.qꝛ enim ſophiſte ad h̓ ꝙ appareant ſapientes:volunt concludere inopinabilia. cum ad hoc pertingant ſillogizādo.ſillus factus inducit dubitationem.mens aūt audientis manet ligata:cum ex vna parte non velit permanere in eo qđ rō cōcludit:propter id ꝙ concluſio ei non placet.ꝛ ex alia parte non pōt ꝓcedere ad contrariū:qꝛ nōn hȝ in ſua poteſtate ſolutionem argumētationis:non tñ propter h̓ ꝙ iſte non ꝑmanet in ratione quaȝ ſoluere neſcit:eſt vituperabilis:non ergo videtur ꝙ egredi a quacūq̄ȝ ratione ſit incontinentia.¶ Tertiam rationem ponit ibi.

¶ Accidit aūt ex quodam ſermone iprudentia cū incontinentia virtus.contraria enim operat̄ quoꝝ opinat̄ ꝓpter incōtinentiam.opinant̄ aūt bona mala eſſe: ꝛ nō oportere operari.q̄re bona ꝛ non mala operabitur.

¶ Si enim egredi a quacūq̄ȝ rōne ſit incontinentia:ſequitur ſm̄ quādam rōnē ꝙ iprudentia incontinentie iuncta ſit virtus:ꝛ ſic virtus componetur ex duobus vicys: qđ eſt impoſſe.ꝛ ꝙ ſequat̄ id qđ dictum eſt videt̄.per h̓.n. ꝙ aliquis operat̄ contraria his que opinat̄ eſt propter incontinentiam.opinatur aūt ꝙ bona ſint mala:ꝛ ꝙ non oporteat ea operari:ꝙ ē iprudētie.vnde ſequetur ꝙ operet̄ bona ꝛ non mala:qđ v̄r eē v̄tutis.¶ Deinde cū dicit.

¶ Adhuc in perſuaderi operans ꝛ perſequens delectabilia ꝛ eligens melior vtiq̄ȝ videbitur eo qui non ꝓpter rōcinationem:ſed propter in

continentiam. Sanabilioꝛ enĩ pp diſſuaderi vtiq;. Incontinẽs aũt reus ꝓuerbio quo aimus: quando aqua ſuffocat qd opoꝛtet adbuc bibere. Siquidem enĩʒ perſuaſus eſſet que agit diſſuaſus vtiq; qeſceret. Nunc auteʒ non ſuaſus nihil minus talia agit.

¶ Mouet dubitationem circa bonitatem ⁊ malitiaʒ cõtinentie ⁊ incontinentie. videtur enim ꝙ ille qui operať mala ex eo ꝙ eſt ſibi perſuaſum ꝙ ſint bona: ⁊ inde eſt ꝙ proſequitur: ⁊ eligit delectabilia tãq; per ſe bona: qđ facit intemperatus: ſit melioꝛ eo qd operatur mala nõ propter rõcinationẽ: qua ſit deceptus: ſed propter incõtinẽtiam. ille enim qui eſt perſuaſus. videť eſſe ſanabilioꝛ ꝓpter hoc ꝙ de facili põt ſibi diſſuaderi qđ credit: ſed icõtinens non videtur iuuari ex aliqua bona ſuaſione: quinĩmo videť eſſe reus prouerbÿ: ꝙ ſi omnis aqua: cuius potus reficit ſitientẽ: ſuffocat bibentem: quid adbuc valet bibere: ⁊ ſimilr ſi aliquis ageret aliqua mala q̃ſi perſuaſus. i. deceptus: deſiſteret agere diſuaſus: id eſt remota illa ſuaſione: ſicut ſitis ceſſat adhibito potu aque. nũc aũt incontinens ſuaſus ẽ ⁊ credit ea q̃ recta ſunt. ⁊ nihilominus agit alia: vnde aqua bone ſuaſionis eum nõ iuuat ſʒ ſuffocat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adbuc ſi circa oĩa incontinentia eſt ⁊ continentia. qs ſimplr continens. nullus enĩ oẽs hʒ incontinentias. aimus aũt eſſe quoſdã ſimplr.

¶ Mouet dubitationem circa materiã continentie ⁊ incontinentie: qđ erat ſextũ propoſitoꝝ: ⁊ dicit ꝙ ſi cõtinẽtia ⁊ incontinentia non ſolum ſunt circa cõcupiſcentias: ſed circa iras ⁊ lucrũ. ⁊ oĩa hꝰ: non poterit determiari qs ſit ſimplr incõtinens. nullus. n. inuenitur qui habeat oẽs incontinentias. dicimus aũt eẽ quoſdam ſimplr incontinentes. non ergo videtur verũ eſſe qđ ſupra dictum ẽ: ꝙ ꝯtinentia ⁊ incõtinentia ſit circa oĩa. ¶ Ultimo aũt ibi.

4^m ¶ Dubitatiões qdẽ igiť tales q̃dã accidũt. hoꝝ aũt hoc qdẽ interimere oʒ: hoc aũt relinquere. ſolutio enĩ dubitationis ĩuentio eſt.

¶ Epylogando concludit ꝙ tales quidem dubitationes accidunt circa prius propoſita: ⁊ quaſdam harum dubitationum opoꝛtet interimere: quaſi falſum intendentes: ⁊ quaſdaʒ relinquere q̃ſi concludentes verum: hec ẽ enim vera ſolutio dubitationis cũ inueniť quid ſit verũ circa id qđ dubitatur.

PRimũ qdẽ igitur intendendum. vtruʒ ſciẽtes vel nõ. ⁊ q̃liter ſcientes. Deinde circa q̃lia continentẽ ⁊ incontinentem ponendũ. Dico aũt vtrũ circa oẽʒ delectationẽ ⁊ triſtitiã vel circa q̃ſdaʒ ſegregatas ⁊ cõtinẽtẽ ⁊ pſeueratiuũ. vtrũ idẽ vel alterũ eſt. ſimiliter aũt ⁊ de his quecũq; cognata ſpeculationis ſunt huius.

¶ Poſtq̃ phs poſitis quibuſdam ꝓbabilibus circa continentiam ⁊ incontinentiaʒ mouit circa ſingula dubitationes: hic accedit ad ſoluendũ. Cõſiderãdũ eſt aũt ꝙ nõ eodẽ oꝛdine ſolutiones inducit: neq; quo ꝓbabilia preſuppoſuit: neq; quo dubitatiões induxit. ſed ſʒ ꝙ exigit rõ doctrine: put. ſ. vnius dubitationis ſolutio ex altera dependet. Primo igitur dicit de quo eſt intentio. Secũdo exequiť propo^m. ibi. (Eſt aũt principiũ ⁊c.) Dicit ergo primo ꝙ ad ſoluendum predictas dubitationes p̃mo eſt cõſiderandũ vtrũ aliqui cum hoc ꝙ ſunt ſcientes pñt eẽ incontinentes: vel nõ: ⁊ ſi ſic: per quẽ modũ ſciant: ⁊ h̃ dubitatio p̃mo ſoluitur: quia eius ſolutio pertinet ad cõſiderandũ an ſit incontinentia vel non. dcm̃ eſt eniʒ ſupra ꝙ cõtentio Socratis ad hoc erat q̃ſi incontinentia non eẽt. p̃us ãt de vnoq̃q; oʒ cõſiderare an ẽ. Deiñde ſcđo oʒ ꝯſiderare circa qualia debeamus ponere aliquem eẽ incontinentẽ vel cõtinentẽ: vtrũ. ſ. circa omniuʒ delectationem ⁊ triſtitiã. vel circa quedam determinata: ⁊ hec dubitatio ſecũdo ſoluitur lʒ fuerit. 6. loco propoſita: qꝛ principiũ inquirendi qd ſit aliquis habitus eſt ꝯſiderare materiã ipſius. ſicut pʒ ex modo ꝓcedendi Ariſt. in precedẽtibus. ⁊ qꝛ continens ⁊ perſeueratiuus ſm mãʒ differũt: ſimiliter cũ hoc conſiderandũ eſt. vtrũ ſm rõnem differant: ⁊ ſilr cõſiderandũ ẽ de oĩbus alÿs quecũq; hñt cõiunctionẽ ⁊ ꝯueniẽtiã cũ hac ꝯſideratõe. ¶ Deiñ cũ diť.

¶ Eſt aũt principium ĩtentionis. vtrũ cõtinens vel incõtinens ſunt ĩn circa que: vel ĩn qualiter habentes dr̃iaʒ. Dico aũt vtrũ ĩn circa hec. eſſe ſolũ incontinẽs vel non. ſed ĩn vt: vel nõ: ſed ĩn ex ambobus. deinde ſi circa omnia ſunt incontinentia ⁊ continentia vel non.

¶ Incipit ſoluere dubitationes ſupra motas. Et p̃mo determinat an ſic cõtinẽtia ⁊ incontinentia: determinãdo primam dubitationem: que mouebať circa tertium probabile. Scđo determinat mãʒ cõtinentie ⁊ incõtinentie: ſoluendo ſextã dubitationẽ: que mouebať circa ſextuʒ ꝓbabile. ⁊ qꝛ tꝑantia ⁊ ꝯtinentia cõueniũt in materia: ſilr ĩ hac pte oñdit differentiã tꝑantie ⁊ continentie: ſoluendo tertiã dubitationeʒ q̃ mouebať circa q̃rtũ ꝓbabile. oſtẽdit etiam qs ſit peioꝛ: vtrũ intemperatꝰ vel incontinens: ſoluendo quintã dubitationem: que mouebať circa primũ probabile. ⁊ hec ſcđa pars ĩcipit. ibi. (Utrũ aũt aliqs incontinens ⁊c.) Tertio oſtendit qd ſit cõtinentia ⁊ incontinentia: ſoluendo quartam dubitationẽ que mouebatur circa z^m ꝓbabile. ⁊ cum hoc ſoluit ſecũdam qõneʒ que mouebať circa quintũ ꝓbabile: oñdendo ꝙ prudẽs non poteſt eſſe incontinens. ⁊ hec tertia pars incipit. ibi. (Utruʒ igitur continens eſt ⁊c.) Circa primũ tria facit. Primo premittit quedam que ſunt neceſſaria ad ſoluendum. Secũdo excludit falſam ſolutionẽ. ibi. (De eo qdẽ igitur ⁊c.) Tertio ponit veram. ibi. (Sed qꝛ duplr ⁊c.) Circa primũ duo facit. Primo dicit de quo eſt intentio. Secũdo exequiť. ibi. (Neq;. n. ⁊c.) Dicit ergo primo ꝙ ad determinandũ predicta oʒ primo ĩtendere vt ſciamꝰ hec duo. Quoꝝ primũ eſt vtrũ cõtinens ⁊ incontinẽs habeant dr̃iam. ſ. ſpecificã: per quã ab oĩbus alÿs differant. ⁊ circa q̃. i. ex h̃ ꝙ habeant mãʒ determinatã: circa quaʒ ſint: ſic̃ dr̃ia manſuetudinis eſt ex hoc ꝙ ẽ circa iras: vel etiam qualiter: ideſt in modo ſe habendi circa quãcũq; materiam. ſicut prudentia eſt circa omneʒ materiaʒ moralem. non tñ eodeʒ mõ: ſicut virtutes moꝛales. ⁊ ad exponendũ qđ dixerat ſubdit ꝙ cõſiderandũ eſt: vtrũ aliquis dicať incontinens ſolum ex hoc ꝙ eſt circa aliquaʒ mãm: vel etiam ſolũ vt. i. ſolũ ex hoc ꝙ aliquo mõ ſe hẽat indifferenter circa omnẽ materiam. vel non ſoluʒ ꝑ hoc vel per id dicatur aliquis continens vel incontinẽs. ſed ex ambobus. i. ⁊ ex determinato mõ. ⁊ ex determinata materia: z^m qđ oʒ preconſiderare eſt: ſi continentia ⁊ incontinentia ſint circa oĩa vel non; ſed circa determinatã materiam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neq; eniʒ circa oĩa ẽ ſimpliciter incontinẽs: ſed circa que ĩtemperatus.

¶ Determinat qđ dixerat. Et primo 2m dicens: ꝙ ꝯtinēs ⁊ incontinens non dr̄ aliquis simplr̄ circa omnia: ſed circa illam determinatā materiam: circa quā dr̄ aliquis tēperatus vel itemperatus. ſ. circa concupiſcentias ⁊ delectationes tactus. ¶ Secundo ibi.

¶ Neqꝫ eniꝫ in aliquid hoc simplr̄ habere. Idē enim vtiqꝫ eēt itemperantie. ſed in ſic habere. Hic quidem enim ducitur eligens exiſtimans ſemꝑ oportere pn̄s delectabile proſequi. Hic aūt non exiſtimat qdē: proſequit̄ autem.

¶ Comparat beſtialē malitiā vel icontinentiā humane:⁊ dicit ꝙ beſtialitas minus hꝫ de rōne malitie : ſi cōſideretur conditio beſtie vel hoīs beſtialis:ſed beſtialitas eſt terribilioꝛ qꝛ facit maioꝛa mala.⁊ ꝙ min⁹ habeat de malitia beſtialitas pꝛobat per hoc ꝙ in beſtia id qꝺ eſt optimum.ſ.intellectus nō remanet ſicut coꝛruptū ⁊ pꝛauatū ꝑut remanet in homine malo:ſed totalr ita coꝛruptū eſt ꝙ nihil habet de illo.vñ ſile eſt beſtiam hoī malo cōparare.vtrū ſit peius:ſicut compare inaiatuꝫ aiato.inaiata quidem pñt plus ledere.ſicut cū ignis vrit:aut lapis conterit:ſed plus recedit a rōne culpe.ſemp eni pꝛauitas ei⁹ qui non habet pncipiū actionum innocentioꝛ:qꝛ minus pōt īputari aliqd ad culpā:que ꝑpter hoc homini iputatur.qꝛ hꝫ pn^m^:ꝑ qꝺ eſt dñs ſuoꝝ actuū:qꝺ qdē pn^m^ ē itellectus:qui in beſtyis nō ē:ſicut ḡ comparat̄ beſtia ad hoīeꝫ. ita cōparat̄ iniuſtitia ad hominē iniuſtū.nā habitus iniuſtitie ꝺm ꝑpꝛiā nām hꝫ inclinationē ad malū:ſꝫ hō iniuſtus hꝫ ī ſua poteſtate in bonū vel malū iclīari.ē eni quodam modo vtrūqꝫ peius.ſ.iniuſtus hō ꝙ̄ iniuſtitia.⁊ hō malus ꝙ̄ beſtia.qꝛ vnus homo malus decies milies poteſt mala facere ꝙ̄ beſtia ꝑpter rōnem quā hꝫ ad excogitandū diuerſa mala. ſic ḡ ſicut beſtia min⁹ hꝫ de culpa ꝙ̄ homo malus.ſed eſt terribilioꝛ:ita etiam beſtialis malitia ſeu etiam in continentia terribilioꝛ quidem eſt:ſed minoꝛis culpe.⁊ īnocentioꝛ ꝙ̄ incontinentia ſeu malitia

humana.vnde ſi aliqui amentes vel naturaliter beſtiales peccent minus puniuntur.

CIrca eas aūt que per tactū ⁊ guſtū delectatiões ⁊ triſtitias ⁊ ꝯcupiſcentias ⁊ fugas circa q̄s ⁊ tēꝑantia ⁊ itꝑantia determinata eſt prius. Eſt quidem ſic habere vt vinci ⁊ quibus multi meliores. Eſt aūt ſuperare ⁊ quibus multi minores.

¶ Poſtq̄ phs oſtendit quid ſit materia circa quā eſt continentia ⁊ incōtinentia ſimplr̄ dicta hic comparat ea ad alia q̄ cōicant eis in materia. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit differentiam incontinentis ⁊ continētis ad perſeueratiuuz ⁊ mollem ⁊ temperatū ⁊ intemperatū in quo ſoluitur tertia dubitatio que ꝓponebat̄ contra quartum probabile. Secūdo oſtendit quis ſit peior vtrū incontinens vel intemperatus: per qđ ſoluitur quinta dubitatio que proponebatur circa primū probabile ⁊ hoc eſt. (Eſt aūt intemperatus ⁊c.) Circa primū duo facit. Prīo oñdit dr̄iaz incōtinētie ad alia. Scđo diſtiguit diuerſas incontinētie ſpēs ibi. (In ꝯtinēti e aūt ⁊c.) Circa pᵐ duo facit. Prīo diſtinguit ꝯtinētiaz ⁊ incōtinentiā a tēꝑantia ⁊ itēperantia a perſeuerantia ⁊ mollicie. Scđo cōparat ea ſm bonitatē ⁊ malitiā ibi. (Oium aūt neq3 videbit̄.) Circa primum duo facit. Primo diſtinguit continentiā ⁊ incontinentiā a perſeuerantia ⁊ mollicie. Secundo diſtinguit vtraq3 a temperātia ⁊ intemperatiā. ibi. (Quia aūt hec quidem.) Circa pᵐ duo facit. Primo ponit conuenientiam: ſcđo dr̄iam. ibi. (Hoꝝ aūt hoc quidem ⁊c.) Circa primū diſtinguit duas continentias. quaꝝ prima ē ſm mā3 in qua etiam cū temperantia cōicant. ſunt enim circa delectationes ⁊ triſtitias ⁊ cōcupiſcentias ⁊ fugas: que pertinent ad guſtum: circa quas etiam eſt temperantia ⁊ intemperantia. vt ſupra determinatuz eſt in tertio. Secūda conuenientia eſt quātum ad modū ſe habendi circa paſſiones. contingit enim quoſdā ſic ſe habere circa predictas paſſiones vt vincant̄ a talibus paſſionibus quibus multi ſunt meliores. i. fortiores. quaſi dicat. quas multi vincunt. contingit etiam ꝙ aliqui ſuperent tales paſſiones quibus multi ſunt minores. i. debiliores. quaſi dicat: a quibus multi ſuperantur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Horum h quidem circa delectationes incontinens hic aūt cōtinens. Hic aūt circa triſtitias mollis. h aūt pſeuerans itermediū ⁊ plurīū habitus ⁊ ſi iclinant magis ad deteriores.

¶ Ponit differentiam. ⁊ dicit ꝙ hoꝝ qui ſuperant ⁊ ſuperantur circa delectationes ⁊ triſtitias predictas. circa delectationes quidem. ſ. ſuperatus a delectationibus tactꝰ quas multi ſuꝑant ē icontinēs: his aūt. ſ. ſuꝑans delectatiōes tactꝰ: a q̄bus multi ſuꝑant̄ ē continens. ſ3 circa triſtitias contrarias hic. ſ. ſuperatus ab his quas multi ſuꝑant dr̄ mollis. hic aūt. ſ. ſuꝑans eas a q̄bus multi ſuperātur dicitur perſeuerans. ⁊ quia diuerſi ſunt gradus delectationū ⁊ triſtitiaꝝ ⁊ hoꝝ qui eas ſuperant ⁊ ab eis ſuperant̄. manifeſtū eſt ꝙ predicti habitus pñt eē inter plura medij. ſed tñ illi qui ſonant in malum magis declināt ad deteriores. magis enim dicunt̄ incōtinentes vel molles qui a minoribꝰ delectationibus in delitijs vincuntur: ſicut ⁊ boni habitus magis declināt ad meliores. magis enim dicuntur continentes ⁊ perſeuerantes qui maiores delectationes ⁊ triſtitias ſuperant. pōt etiam intelligi ꝙ homines inclinent̄ ad deteriores habitus. ſ. ad incōtinētiam ⁊ molliciem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quia aūt quedā delectationū neceſſarie ſunt. he autez non ⁊ vſq3 ad quid. ſuperabundantie aūt nō neq3 defectus. ſilr̄ aūt ⁊ circa cōcupiſcentias h3 ⁊ triſtitias. ſuperabundantias q̄dē perſequēs delectationū vel ſm ſuperabūdantias vel ꝓpter electionē: ⁊ pp ipſas ⁊ nihil ꝓpter alterum aduenięns intemperatus. Neceſſarium enī hñs non eē penitentem. q̄re iſanabilis. deficiens aūt oppoſitus. medius aūt temperatus. ſilr̄ aūt ⁊ fugiens corꝑales triſtitias nō pp vinci: ſed pp electionē: non eligentiū aūt. hic q̄dem ducit̄ ꝓpter delectationē. hic aūt pp fugere triſtitiam q̄ a cōcupiſcētia q̄re differūt adinuicē.

¶ Oſtendit dr̄iaz predictoꝝ ad temperantiā ī ⁊ temperātiam. ⁊ dicit ꝙ delectationū guſtus ⁊ tactus que neceſſarie ſunt ſicut cibi ⁊ potus. quedam nō neceſſarie. ſicut diuerſoruz condimentoꝝ. ⁊ ille que neceſſarie ſunt vſq3 ad aliquez terminū. neceſſe eſt enī aliqua menſura cibi ⁊ potus homini neceſſarij. ſed ſuperabundantie non ſunt neceſſarie. neq3 ēt defectus. ⁊ ita ſe h3 circa ꝯcupiſcētias ⁊ triſtitias: ille ergo intemperatus dicitur qui perſequitur ex oppoſito ſuperabundantias delectationū predictoꝝ vel etiam ſi non querat ſuperabundantias cupiēdo eas vel etiam querat eas ex electione propter ipſas. ⁊ nō propter aliquid aliud. nō enī h3 eas. quaſi finē. ⁊ q2 ei imobiliter homo inheret: qđ propter ſe ex poſito querit neceſſe eſt ꝙ intemꝑatus nō peniteat de electionibus q̄s queſiuit. ⁊ ideo non pōt ſanari a ſuo vicio a quo nullus ſanat̄. niſi per diſplicentiam: q2 virtus ⁊ viciū in voluntate eſt. ⁊ ſicut intemperatus ſuperabundat in querendo delectationes. ita inſenſibilis qui ei eſt oppoſitus deficit in. hꝯ vt in tertio dictum eſt. ille aūt qui medio modo ſe h3 circa hꝯ eſt temperatus. ⁊ ſicut intemperatus querit ex electione corporales delectationes ita fugit corporales triſtitias nō ꝓpter qđ vicatur ab eis ſed propter electionez. ſed eoꝝ qui non ex electione peccant. hic quidē. ſ. incontinētes ducitur ex vi delectatiōis. hic aūt. ſ. mollis ducit̄ ex errore triſtitie: que ſequit̄ a concupiſcentia: inquantu3. ſ. priuat̄ aliquis re cōcupita. vñ p3 ꝙ differunt abinuicē icōtinēs ⁊ mollis ⁊ intemꝑatꝰ. ¶ Eſt aūt hic aduertēdū ꝙ ſupra phs determinans materiaz cōtinentie ⁊ incontinentie: ne error ſubreperet ex incidenti tetigit dr̄iam intemperati ⁊ incontinentis: quā hic ex principali intentione ꝑſequitur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Omino aūt vtiq3 videbit̄ deterior eſſe ſi q̄s nō cōcupiſcēs: vel quiete opat̄ aliq̄d turpe q̄3 ſi vehemēter cōcupiſcēs: ⁊ ſi nō iratꝰ ꝑcutit q̄3 ſi iratus. Quid. n. vtiq3 faceret i paſſiōe exñs pp qđ intemꝑatus deterior icontinente. horum vtiq3 hec quidem malitie ſpēs magis. intemperatus autem opponit̄ tēperato.

¶ Comparat predicta ſm bonitatem ⁊ malitiaz: ⁊ primo comparat incontinentem ⁊ mollez intemperato. Scđo incōtinentem molli. ibi. (Opponit̄ autē ⁊c.) Dicit ergo pͦ ꝙ oīo vr̄ eſſe deterior ſi q̄s operat̄ aliq̄d turpe nō oīno cōcupiſcēs vel quiete. i. remiſſe cōcupiſcēs q̄3 ſi vehemēter ꝯcupiſcēs turpe operetur. ſic̄ ēt deterior eſt ſi quis nō iratus ꝑcutit q̄3 ſi iratꝰ ꝑcutiat. q̄d enī faceret paſſiōe ſuꝑueniente qui abſq3 paſſione peccat. ⁊ iñ eſt ꝙ itemperatus qui nō vincitur paſſione, ſed ex electione eſt deterior in-

continente qui concupiſcentia vincitur.⁊ ſimiliter horũ duorũ vnum magis pertinet ad ſpecieȝ mollicieі.ſ.vinci paſſione.ſ.fuga triſticie.aliud autem pertinet ad itemperatum.ſ.ex electione peccare.vnde ẽt deterior eſt intemperatus ꝙ̃ mollis.❡Deinde cum dicit.

❡Opponitur aũt incontinenti quidem continens.molli autem perſeueratiuus.perſeuerare quidem enim eſt in eo qđ eſt ꝯtinere.ꝯtinẽtia aũt in eo qđ eſt ſuperare.quẽadmodum ⁊ nõ vinci eius qđ eſt vincere propter qđ ⁊ eligibilius cõtinentia perſeuerantia eſt.

❡Comparat mollem incontinenti ⁊ perſeruantem continenti.Et circa hoc tria facit.Primo oſtendit quis eorum ſit melior.Scđo manifeſtat quãdam continentiam ſupra poſitã ibi.(Deficiens aũt ⁊c.) Tertio excludit quẽdam errorẽ.ibi.(Uideť aũt luſiuus ⁊c.) Dicit ergo pͥmo incontinenti opponitur continens.⁊ molli opponiť pſeueratiuus.perſeuerare aũt dicitur aliquis ex eo:ꝙ tenet ſe aliquis contra impellens.ſed cõtinentia dicitur ex eo:ꝙ ẽ ſupare.illud.n.qđ tenemus in noſtra poteſtate habemus.⁊ hoc neceſſariũ eſt.q̃ electiones ſunt refrenande:vel cohibẽde circa triſticias autẽ eſt ſtandũ.vnde pſeuerans ad continentem comparať ſicut non vinci ad id qđ eſt vincere:qđ eſt manifeſte melius.vnde melior ẽ continentia ꝙ̃ perſeuerantia.mollicies autem videť peior ꝙ̃ incontinentia.q̃ vtraq̃ conſiſtit in hoc qđ eſt vinci.ſȝ icõtinens vinciť a fortiori paſſione.❡Deinde cum dicit.

❡Deficiẽs aũt ad que multi ⁊ contra tendunt ⁊ poſſunt:iſte mollis ⁊ delicatus.etenim delitia mollities quedam eſt:qui trahit veſtimentũ vt nõ laboret eaȝ que eleuare triſtitiã ⁊ imitãs laborantem.non exiſtimatur miſer eſſe miſero ſimilis exiſtens.Similiter aũt habet ⁊ circa cõtinentiam ⁊ incontinentiam.Non enim ſiquis a fortibus ⁊ ſuperexcellentibus delectationibꝰ vincitur vel triſtitijs admirabile:ſed condonabile ſi ꝯtendentes quẽadmoduȝ theodecti philotetes a vipera percuſſus vel a carcino alopicercion.⁊ quẽadmodũ cõtinere tentãtes riſuȝ repente effundũt.quale coaccidit xenophanto. Sȝ ſiquis ad quas multi poſſunt abſtinere ab his vincitur non poteſt cõtendere propter naturam generis vel ꝑpter egritudinem.puta in ſcytharum regibus mollities propter genꝰ ⁊ vt femininũ ad maſculinum diſtat.

❡Manifeſtat conuenientiã quandam quã ſupra tetigit inter mollem ⁊ incontinenteȝ.q̃ſi.ſ.vincunť a paſſionibꝰ:quas multi ſuperant.⁊ dicit ꝙ ille dicitur mollis ⁊ delicatus qui deficit in his contra que multi etiam contratendunt reſiſtẽdo.⁊ pñt vincẽdo.mollis aũt ⁊ delicatus ĩ idẽ ponunť.delicia enim eſt quedam ſpecies molliciei.mollicies enim refugit inordinate omnẽ triſticiam.ſed delitia ꝓprie refugit triſtitiã laboris.ille enĩ qui trahit veſtimẽtum ſuum per lutum vt non laboret ſe ſubcingendo:qđ pertinet ad delicatũ:vinciť ſm illã triſtitiã quã reputat ſibi ĩminere ſi leuaret veſtimenta:⁊ lȝ imitetur laborantem in hoc ꝙ veſtimenta trahit.⁊ per hoc videtur non eẽ miſer:hȝ tñ ſilitudinẽ cũ miſero:inq̃ꝝtum fugiens laborẽ ſuſtinet laboreȝ ⁊ ſicut dictum eſt de mollicie.Ita etiam ſe habet circa continentiam ⁊ incontinentiam.non enim eſt admirabile:ſi quis vincitur a fortioribus ⁊ ſuperexcellentibus delectationibus ⁊ triſtitÿs:vt ꝑpter hoc dici debeat incontinens vel mollis.ſed magis ei condonať ſi tamen nitatur reſiſtere:⁊ non ſtatiȝ cedat.⁊ ponit exemplum de philothethe:de quo Theodoctus poeta narrat:ꝙ percuſſus a vipera grauem dolorẽ paſſus nitebať continere planctum.ſed non potuit.⁊ ſimile eſt de quadam muliere que vocabatur Melopes percuſſa a quodã nomine Cartino:⁊ ſicut etiam accidit his qui tentant ſe cõtinere a riſu:⁊ tñ ſuperuincunť:⁊ repẽte effudũt.ſicut accidit xenophanto.ſed cum dicitur aliquis incontinens ⁊ mollis ſi quis vincitur a talibus triſtitÿs ⁊ delectationibus:contra quas multi poſſunt.ſed tamen hic non poſſit reſiſtere hꝯ paſſionibus:nõ tñ propter naturam generis ex qua poſſet ei eſſe graue:qđ alÿs eſt leue:ſȝ propter egritudineȝ animi:que prouenit ex mala conſuetudine:ſicut mollicies propter naturaȝ generis inuenitur in regibus Scytharuȝ qui delicate nutriti non pñt labores ⁊ triſtitias ferre.⁊ ſicut etiam femine per comparationẽ.ad maſculos pp infirmitatem nãe.❡Deinde cum dicit.

❡Uidetur auteȝ ⁊ luſiuus intemperatus eſſe. eſt aũt mollis.ludus enim remiſſio ẽ.ſiqdẽ igiť ges.ad hãc aũt ſupabũdantiũ ẽ luſiuus.

❡Excludit quẽdam errorem.poſſet.n.alicui videri ꝙ luſiuus.i.qui nimis amat ludere ſit intemperatus:quia in ludo eſt quedam delectatio:ſed ipſe dicit ꝙ magis ẽ mollis.ludus enim eſt quedam quies ⁊ remiſſio animi quaȝ ſuperabundanter querit luſiuus.vñ cõtineť ſub molli:cꝰ eſt fugere difficultates ⁊ labores.❡Deinde cuȝ dicit.

❡Incontinentie autẽ hec quidem preuolatio. Hec autem debilitas.

❡Diſtinguit ſpẽs icontinẽtie.Et circa hoc tria facit.Primo ponit diuiſionem:⁊ dicit ꝙ incontinentia diuiditur in duo.quoꝝ vnũ ẽ preuolatio ⁊ aliud debilitas.❡2°ibi.

❡Hi quidem enim ꝯſiliantes non ĩmanent q̃bus conſiliati ſunt propter paſſionẽ.hi aũt propter non conſiliari ducunť a paſſione.Quidaȝ enim quẽadmoduȝ ꝑtitillantes non titillantur ſic ⁊ preſentientes ⁊ preſuſcitãtes ſeipſos ⁊ raciocinationẽ:non vincuntur a paſſione neq̃ ſi delectabilis ſit neqȝ ſi triſtis.

❡Exponit membra diuiſionis.⁊ dicit ꝙ quidaȝ incontinentes ſunt qui ſuperueniente ꝯcupiſcentia conſiliantur quidem:ſed non permanent in his que conſiliati ſunt ꝑpter paſſionem a qua vincunť.⁊ talis incontinentia dicitur debilitas.quidam vero ducuntur a paſſione propter hoc ꝙ non conſiliantur:ſed ſtatim concupiſcẽtia ſuperueniente eam ſequuntur.⁊ hec incontinentia dicitur preuolatio propter ſui velocitatẽ qua anticipat conſiliũ.ſi aũt conſiliarentur non ducerenť a paſſione.ſunt enim quidã qui prius tintillant ſeipſos.poſtea non mouentur cuȝ ab alÿs titillanť.ſic ⁊ illi qui preſentiũt motuȝ concupiſcentie.⁊ preſciũt quid eſt illud in qđ concupiſcẽtia inclinat.⁊ precitantes.i.prouocantes ſeipſos ⁊ ratiocinationẽ ſuã ad reſiſtendũ concupiſcentie:ex hoc cõſequunť ꝙ nõ mutantur a paſſione:neq̃ delectationis:a qua vinciť incontinens,neq̃ triſtitie a qua vinciť mollis.❡Tertio ibi.

❡Maxime auteȝ acuti ⁊ melancolici ſm effrenatiuam incontinentiaȝ ſunt incontinentes.hi quidem enim propter velocitatem.hi autem

hic qdē.n.ꝓpter velocitatē. hi aūt pp vehemē tiā nō expectāt rōnē pp ſequētes eē fantaſie.

¶ Oñdit qbus ꝯpetat hec ſcđa ſpēs īcontinētie que dicitur ꝑuolatio: ⁊ dicit ꝙ maxie ſunt īcōtinētes ꝺm īcōtinētiā q̄ refrenaꝛ ꝯſilio: que dicta eſt ꝑuolatio acuti.i.colerici ⁊ melācolici.neutri.n.expectāt rōnē ꝯſiliātē: ſꝫ ſequūtur ꝑmā fantaſiā ꝯcupiſcibilis.colerici qdē ꝓpter velocitatē colere. melācolici aūt ꝓpter vehementiā motus melācolie accēſe: cuius impetū nō de facili pōt hō ferre. nā ⁊ terra accenſa vehementius ardet.ecōtrario aūt eſt ītelligendū ꝙ ſanguinei ⁊ flegmatici hn̄t īcontinentiaꝫ debilitatis ꝓpter humiditatem complexionis: que non eſt fortis ad reſiſtendū impreſſioni.

iz Eſt aūt ītemperatus qdeꝫ queādmoduꝫ dcm̄ eſt nō penitiuus. īmanet.n. electiōi. incōtinēs aūt penitiuus oīs. ꝓpter qđ non queādmodū dubitauimus ſic ⁊ habet. ſic igitur hic quidem inſanabilis.hic autem ſanabilis.

¶ Poſtq̄ꝫ phs oñdit dr̄iaꝫ īcontinētis ad ītempatū. hic oñdit qs eoꝝ ſit peioꝛ: per qđ ſoluiꝛ dubitatio.ſ.ꝓpoſita circa ꝑmū ꝓbabile.dixit aūt hoc ſupꝛa Ariſto.ſꝫ breuiter ex īcidenti tāgendo. hic aūt ꝑfectius determinat ex ꝑncipali ītentōe.Circa hoc duo facit. Primo oñdit propoſitū.Scđo manifeſtat qđdā qđ ſuppoſuerat. ibi.(Qꝛ aūt h qdē ⁊c.Circa ꝑmū duo facit.Primo oñdit intēpatū eē peioꝛē incōtinēte. 2º oñdit ſilitudinē īter eos.ibi.(Qm̄ qdē igꝛ ⁊c.)Circa ꝑmū duo facit. Primo ꝯpat incōtinēteꝫ ītempato. Scđo ꝯparat duas ſpēs īcontinētie adīuicē.ibi(Ipſoꝝ aūt ⁊c.)Circa ꝑmū ponit tres rōnes per quas oñdiꝛ ītempatus peioꝛ īcontinēte.Circa quaꝝ ꝑmā dicit: ꝙ ſicut ſupꝛa dcm̄ eſt. intēperatus nō eſt penitiuus: qꝛ peccat ex electōe: in qua ꝑmāet: eo ꝙ eligit delectatiōes coꝛpoꝛales tāq̄ꝫ finē.oīs aūt īcontinens de facili penitet ceſſante paſſione aq̄ vincebaꝛ.vñ pꝫ: ꝙ ſicut ſupꝛa dcm̄ eſt: intēperatus eſt inſanabilis.hic aūt.ſ.incontinēs eſt ſanabilis: ⁊ ſic per īteremptioneꝫ ſoluiꝛ dubitatio ſupꝛa poſita: que ꝓcedebat ex hoc ꝙ īcontinēs ſit ſanabilioꝛ intēperato: qꝛ vō intēperatus eſt īſanabilioꝛ.poteſt ꝯcludi ꝙ ſit peioꝛ: ſicut ⁊ moꝛbus coꝛpoꝛalis: qui eſt īcurabilis deterioꝛ eſt. ¶ Secūdā rōnē ponit.ibi.

¶ Aſſimilaꝛ aūt malitia egritudini velut ydropiſi ⁊ ptiſi. Incōtinētia aūt epilēticis. hec qdē .n.ꝯtinua. hec aūt nō continua malitia.

¶ Et dicit ꝙ malitia .ſ. intemperantia aſſimilatur illis egritudinibus que continue inſunt homini: ſicut ydropiſis ⁊ ptyſiſ: ſꝫ īcontinētia aſſimilaꝛ egritudinibus q̄ nō ꝯtinue hoīem īuadūt: ſicut epylenſie: ⁊ hoc iō: qꝛ intēperantia ⁊ q̄libet malitia eſt ꝯtinua. hꝫ.n. habitū ꝑmanentē: per quē eligit mala: ſꝫ incōtinentia nō eſt ꝯtinua: qꝛ moueꝛ ad peccandū incōtinēs ſolū ꝓpter paſſionem: que cito trāſit: ⁊ ſic īcontinētia eſt quaſi quedaꝫ malitia nō ꝯtinua.ꝯtinuū aūt malū eſt peius nō ꝯtinuo.ḡ intemperātia peioꝛ eſt q̄ꝫ īcōtinētia. ¶ Tertiā rōnē ponit ibi.

¶ Et omnino aūt alteruꝫ genus incontinentie ⁊ malitie. Malitia quidem enim latet.incontinentia autem non latet.

¶ Et dicit ꝙ alterum genus eſt incontinentie ⁊ malitie ſub qua intemperantia continetur. malitia eniꝫ latet ei cui ineſt qui eſt deceptus vt eſtimet bonum illud quod facit: ſed incontinentia non latet eum cui ineſt. ſcit eniꝫ per rōnem malū eſſe id in qđ a paſſione duciꝛ: malū aūt latēs eſt ꝑiculoſiꝰ malo nō latēte. ḡ intēperātia eſt peioꝛ incontinentia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ipſoꝝ aūt hoꝝ melioꝛes exceſſiui q̄ꝫ rōnem hn̄tes qdē: nō īmanentes aūt: a minoꝛe.n.paſſiōe vincunꝛ. ⁊ nō impꝛcōſiliati queādmoduꝫ alteri.ſilis.n.incōtinens velociter inebꝛiatis ⁊ a pauco vino ⁊ minoꝛi q̄ꝫ vt multi.

¶ Cōparat ſpecies incōtinentie adinuicē: ⁊ dicit ꝙ inter incōtinētes.melioꝛes.i.minus mali ſunt exceſſiui.i. preuolantes q̄ꝫ debiles: qui hn̄t quidē rōnem ꝯſiliantē: ſed nō permanent in ea. Duplici aūt rōne ſunt peioꝛes debiles. Primo quidē: qꝛ vincunꝛ a minoꝛi paſſione. nā ꝑuolantes vincunꝛ a paſſione excedente: vel ꝺm velocitatē: vel ꝺm vehementiā: ⁊ ꝺm hanc rōnem ſupꝛa ꝓbauit ꝙ intemperatus eſt peioꝛ incōtinente: que pōt eſſe quarta ratio adiuncta tribus pꝛedictis. Secunda ratio: ꝙ debiles nō ſunt impꝛeconſiliati: ſicut alij.i.pꝛeuolātes.⁊ hec ratio ſupꝛa inducebaꝛ de incontinēte ⁊ intemperato.q. incōtinens eſſet pꝛeconſiliatus.non aūt intemperatus: ⁊ hoc eſt falſuꝫ: qꝛ intēperatus pꝛecōſiliatus eſt.peccat.n. ex electione. ⁊ ideo videꝛ hoc hic inducere ad oſtēdēdū ꝙ ibi locū nō hꝫ. Ponit aūt qđdā exēplū dicēs: ꝙ incōtinens debilis eſt ſimilis illis q velociter.i.de facili inebꝛianꝛ ⁊ a pauco vino ⁊ minoꝛi q̄ꝫ multi: ⁊ ſicut iſti peiꝰ ſunt diſpoſiti ſꝫ coꝛpꝰ: ita debiles: q a minoꝛi paſſiōe vincunꝛ ſunt peioꝛes ꝺm aīam. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quoniā quidē igiꝛ malitia īcōtinētia nō eſt: manifeſtū.ſed quo foꝛte. h eniꝫ quidē ꝑter electionē. h aūt ꝺm electionē eſt.

¶ Oſtendit conuenientiā incontinētis ad intēperatum quantū ad duo. Primū quidē quantū ad hoc.ſ. ꝙ incontinentia ⁊ ſi non ſit malitia ſimpl'r: tamē eſt malitia ꝺm qd: ſicut ſupꝛa dcm̄ eſt: ꝙ eſt quaſi malitia nō continua: ⁊ ꝙ nō ſit malitia ſimpliciter.pꝫ: qꝛ incōtinentia peccat pꝛeter electionē: malitia aūt cū electione. ¶ Secundaꝫ conuenientiam ponit ibi.

¶ Inſup ⁊ ſimile qdē ꝺm actiones: queādmodum ꝙ demodoki ad mileſios. Mileſij enim ſtulti quidem eniꝫ nō ſunt. Operanꝛ aūt qualia quidē ſtulti: ⁊ incontinentes iniuſti quidē nō ſunt.iniuſta aūt faciunt.

¶ Et dicit ꝙ incōtinentia ⁊ malitia habēt ſimilitudinē in actiōe: ſicut quidā dymodokes.i.ſenioꝛ populi qui dixit ad mileſios repꝛehendens eos.mileſij nō ſunt ſtulti: ſed operanꝛ ſimilia opera operibus ſtultoꝝ. Similiter etiā īcontinētes nō ſunt mali vel iniuſti vel ītempati: ſꝫ faciūt opa iniuſta ⁊ mala. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Qꝛ aūt hic qdē talis qualis nō ꝓpter perſuaſum eſſe perſequi eas que ꝺm ſupabūdantiaꝫ ⁊ pꝛeter rectā rōnē coꝛpoꝛales delectatiōes. h aūt perſuaſus eſt ꝓpter talē eſſe qualē perſeq ipſas. Ille qdem igiꝛ facile tranſcēdibilis. iſte aūt nō. virtus eniꝫ ⁊ malitia pꝛincipiū. hec qdē coꝛrūpit. h aūt ſaluat. in actionibus aūt qđ cuius gratia pꝛincipiū queādmodū in mathematicis ſuppōnes. Neq̄ꝫ vtiq̄ꝫ illic ratio edoctiua pꝛincipioꝛūꝫ: neq̄ꝫ hic ſed virtus vel naturalis vel aſſuefactiua: eius qđ eſt recte opari circa

pꝛincipium. temperatus quidē igitur talis. intemperatus autem contrarius.

¶ Aſſignat rõnez eius qð ſupꝛa dixerat .ſ. ꝙ intempatus nõ peniteat. Secũdo. quare icontinēs penitet. ibi. (Eſt aũt aliqs ⁊c̃.) Dicit g̊ p̃mo: ꝙ aliquis eſt qui pꝛoſequiť ſuperabundanter ⁊ pꝛeter oꝛdinem recte rõnis coꝛpoꝛales delectationes: nõ qꝛ ſic eſt diſpoſitus vt ſit ei perſuaſum ꝙ tales delectatiões ſint ſequēde ſicut bone: ⁊ iſte eſt icontinens. alius aũt .ſ. itemperatus cui perſuaſuz eſt ꝙ tales delectationes ſint eligende quaſi per ſe bone: et hoc pꝛopter diſpoſitionem: quaz habet ex habitu. vnde ille cui non eſt perſuaſum delectationes eſſe per ſe bonas ex habituali diſpoſitione: ſed ſolum ex paſſiõe .ſ. incontinens: ſed habet falſam eſtimationez de eis in particulari. facile recedit a ſua credulitate paſſione ceſſante. ille autē qui ex habituali diſpõne eſtimat delectationes coꝛpoꝛales per ſe eſſe eligēdas .ſ. itemperatus nõ de facili recedit a ſua credulitate: ⁊ hꝰ rõnē aſſignat ɔñr dicēs: ꝙ v̾tus ⁊ malitia reſpiciunt p̃nm opabiliũ qð malitia coꝛrũpit. v̾tus aũt ſaluat p̃nm ꝙ in actiõibus eſt finis: cuius gr̃a aliqd agiť: qð ita ſe hꝫ in agibilibus: ſicut ſuppõnes .i. p̃ma p̃ncipia in demonſtratõibus mathematicis. ſicut .n. in mathematicis p̃nª non doceñ per rõnem ſic neqꝫ in operabilibus finis doceť per rõnē: ſed homo per habitũ v̾tutis ſiue nãlis ſiue per aſſuetudinē acqſite ɔſequiť rectã eſtimationez circa p̃ncipiũ agibiliũ: qð eſt finis. ille igiť q hꝫ rectam eſtimationez de fine circa delectationes coꝛpoꝛales. vt .ſ. eſtimet mediũ in eis bonuz ⁊ finē. ſupabũdãtias aũt malũ: eſt tēperatus. ille aũt q hꝫ cõtrariã eſtimationē ꝓpter habitũ malitie eſt intēperatus. mãifeſtũ eſt aũt ꝙ ille q errat circa p̃nª nõ põt de facili reuocari ab erroꝛe: qꝛ nõ dať rõ docens p̃nª. ⁊ iõ non eſt tranſcendibilis vel penitiuus: niſi foꝛte ſm ꝙ per lõgam ɔſuetudinē contrariã tolliť habitus cauſatiuus erroꝛis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt aũt aliquis pꝛopter paſſionē exceſſiuus pꝛeter rectam rõnem quã quidē ꝓpter nõ agere ſm rectam rõnez ſuperat paſſio. vt aũt ſit talis qualis perſuaſuz habet ꝓſequi impꝛobibite opoꝛtere tales delectatiões nõ ſupat: ⁊ iſte incõtinēs eſt melioꝛ intemperato: ⁊ neqꝫ pꝛauus ſimpliciter: ſaluatur enim optimũ pꝛincipium. alius aũt ɔtrarius imaſiuus ⁊ nõ exceſſiuus ꝓpter paſſionē. manifeſtũ vtiqꝫ ex hoc: qm̃ h qdē ſtudioſus habitus. h aũt pꝛauus.

¶ Oñdit qualr̃ incõtinens ſit trãſcēdibilis ⁊ penitiuus: ⁊ dicit ꝙ aliqs hõ eſt q ꝓpter paſſionez excedit qdē a ratione recta quãtũ ad hoc ꝙ paſſio eũ ſuperat vt nõ agat ſm rõnem rectã. nõ aũt ſuperat eũ quantũ ad hoc vt ſit ei perſuaſuz ꝙ opoꝛteat ꝓſeq delectationes coꝛpoꝛales q̃ſi per ſe bonas abſqꝫ omni ꝓhibitõe. ⁊ iõ talis ceſſante paſſione que cito tranſit remanet in recta eſtimatiõe finis: ⁊ iſte eſt incõtinens q ꝓpter hoc eſt melioꝛ intemperato: ⁊ nõ eſt pꝛauus ſimplr̃: qꝛ ſaluať in eo optimũ p̃ncipium .ſ. recta eſtimatio finis. eſt aũt pꝛauus ſm quid: inquantũ .ſ. in aliquo particulari eſtimat operandũ pꝛeter rõnem rectaz. alius .ſ. ɔtinens eſt ɔtrarius icontinenti q ꝑmanet in rõne recta: Et nulloꝰ excedit eã ꝑꝑ paſſionez: ēt quãtũ ad agere. ex quo manifeᵐ eſt ꝙ ɔtinētia eſt bonus hītus q ꝑmanet in rõne. incõtinentia aũt pꝛauus: qꝛ recedit a rõne recta in agendo: ⁊ hoc erat p̃m ꝓbabile qð tũc ɔcludit. ſoluta 5ª dubitatiõe q̃ circa hoc ꝓponebať.

A Trũ igiť continens eſt qui qualicũqꝫ rõni ⁊ qualicũqꝫ electioni imanet vel qui recte. ⁊ incõtinēs aũt qui q̃licũqꝫ non imanet electioni ⁊ qualicũqꝫ rationi vel qui falſe rationi ⁊ electioni non recte quēadmodum dubitatum eſt pꝛius. iȝm

¶ Poſtqꝫ phs determinauit dubitatõez per quã ſciť an ɔtinentia ⁊ incontinētia ſint. oñdit etiã mãm circa quã ſint. Hic determinat dubitatõez per quã ſciť qd ɔtinentia eſt. Et circa hoc duo facit. Pꝛimo .n. oñdit vtrũ cõtinens ſit immanſiuus cuilibet rõni: ⁊ icontinens a qualibet egreſſiuus: per qð ſoluiť 4ª dubitatio ꝓpoſita .ſ. contra ſecundũ ꝓbabile. Scðo oñdit. vtruz pꝛudens poſſit eſſe icontinens: per qð ſoluiť 2ª dubitatio mota circa 5m ꝓbabile. ibi (Neqꝫ ſimul pꝛudentē ⁊c̃.) Circa p̃mũ duo facit. Pꝛimo oñdit qũo ɔtinentia ſe habeat ad ꝓpꝛiã rationez: que accipiť ſm ꝙ eſt imanere rõni. Scðo oñdit qũo ſe habeat ad cõez rõnē v̾tutis: que cõſiſtit in hoc ꝙ eſt in medio eſſe. ibi. (Qꝛ aũt eſt aliqs ⁊c̃.) Circa p̃mum tria facit. Pꝛimo oñdit cui rõni continens laudabiliter imanet: ⁊ a qua icontinens vituperabilr̃ egrediť. Scðo oſtēdit qũo aliqui rõni vituperabilr̃ imanent. ibi (Sũt aũt quos vocant ⁊c̃.) Tertio qũo aliq laudabiliter a ratione egrediunť. ibi. (Sunt aũt quidã ⁊c̃.) Circa p̃muz duo facit. Pꝛimo mouet qõnem: que quidē eſt. vtrũ ɔtinens dicať qui imanet qualicũqꝫ ratiõi .i. ſiue recte ſiue falſe: ſiue q̃licũqꝫ electiõi ſiue recte ſiue falſe: vel ſolum ille diciť cõtinens q imanet rõni recte ⁊ electioni: ⁊ ſimilis dubitatio eſt. vtrũ incontinens dicať qui nõ imanet qualicũqꝫ rõni ⁊ electioni vel ſolũ qui recte nõ imanet: vel põt ſic moueri queſtio an poſſit dici incõtinens qui nõ imanet falſe rõni ⁊ electiõi. ſicut ſupꝛa in dubitationibus poſitũ eſt. ¶ Secũdo ibi.

¶ Vel ſcðm accidēs qui qualicũqꝫ: ſm ſeip̃m aũt qui vere rõni ⁊ recte electioni. hic quidem imanet. hic aũt nõ imanet. ſi .n. quis hoc ꝓpter hoc eligit ⁊ ꝓſequiť: ſcðm ſeip̃m quidez hoc eligit ⁊ ꝓſequiť. ſcðm accidens aũt qð pꝛius. ſimpliciter aũt dicimus ꝙ ſcðm ſeip̃m. Quare eſt quidē vt qualicũqꝫ opinioni. h qdē imanet. h aũt excedit. ſimplr̃ aũt qui vere.

¶ Soluit ꝓpoſitã qõnem: ⁊ dicit ꝙ põt dici continens ⁊ incontinēs qui imanet vel nõ imanet qualicũqꝫ rõni ſecundũ accidens: ſed per ſe loquēdo qui imanet vel non imanet vere rõni ⁊ recte electõi: ⁊ hoc quidē ſic exponit. ſi .n. aliqs eligit vel ꝓſeqť .i. querit hoc ꝑꝑ h .i. hoc loco huiꝰ. puta ſi eligit fel loco mellis: qꝛ .ſ. ꝓpter ſimilitudinem coloꝛis eſtimat illud eſſe mel. manifeſtũ eſt ꝙ ꝑ ſe loquendo eligit ⁊ querit hoc: pꝛopter qð alteruz eligit ⁊ querit. puta mel: ſed per accidēs elegit loco alterius. puta fel. ⁊ ratio huius eſt: qꝛ in appetibilibꝰ illud eſt per ſe ad qð referť intentio appetentis. bonũ .n. inquãtũ eſt appꝛehenſuz eſt ꝓpꝛiũ obiectuz appetitus. illud aũt qð eſt pꝛeter intentionē eſt per accñs. vñ ille qui intēdit eligere mel ⁊ eligit fel pꝛeter intentionez per ſe quidez eligit mel: ſed per accñs fel. ſit g̊ aliquis qui falſam rõnez eſtimet verã. puta ſi quis eſtimet hoc eſſe verũ qð bonum eſt foꝛnicari. ſi ergo imaneat huic rõni falſe putans eaz eſſe verã: per ſe quidez imanet vere rõni. per accñs aũt falſe. intendit .n. vere imanere: ⁊ eadez rõ eſt de incontinente qui egrediť a rõne falſa: quã putat eſſe veram. ſic

ergo pz: ꝙ continens vel incontinens per ſe imanet: vel nō imanet rōni vere. per accidens aūt falſe. ſimplr autē dicimus id qđ eſt per ſe: qđ aūt eſt per accidens dicit̃ ẜm quid. ⁊ ideo ẜm aliquē modū continens vel icontinens dicit̃ qui imanet qualicūq₃ opinioni etiā falſe: ſ₃ ſimpliciter qui imanet vel nō imanet rationi ſeu opinioni vere. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Sunt aūt qdā imanſiui opinioni. Sunt aūt quos vocāt iſchyrognomonas. puta difficile pſuaſibiles. ⁊ nō facile trāſuaſibiles.

⁋ Oñdit quō aliqui vituperabiliter imanent rōni. Et pmo oñdit q̄ ſunt. Scđo quō ſe habeāt ad cōtinentē. ibi. (Qui ſile quidē ⁊c.) Tertio oñdit differentiā. ibi (Sūt aūt alteri ⁊c.) 4° quō ſe habeāt ad icontinētē. ibi. (Sūt aūt iſchirognomones ⁊c.) Dicit ḡ pmo: ꝙ ſunt quidam nimis imanentes ꝓpe opinioni: ⁊ hi ſunt illi quos homines vocāt iſchirognomones. i. fortis ſnīe ſiue ptinaces: q₂. ſ. difficile eſt pſuadere eis aliqđ: ⁊ ſi fuerit aliquid pſuaſum: nō de facili trāſmutant̃ ab illa ſuaſione: qđ maxime vr̃ accidere melācolicis: q difficile recipiūt: ſ₃ recepta fortiter tenēt ad modū terre. ⁋ Deide cū dicit.

⁋ Qui ſile qdē aliqđ hn̄t cōtinenti q̄le ꝓdigus liberali: ⁊ audax confidenti.

⁋ Cōparat tales ꝯtinenti: ⁊ dicit ꝙ tales vident̃ aliquid ſimile habere ꝯtinenti: q₂ per exceſſum habent id qđ eſt cōtinentis: ſicut ꝓdigus h₃ aliquid ſimile liberali: ⁊ audax ꝯfidēti. i. forti. tales. n. imanēt rōni pluſq̄ debēt: ꝯtinens aūt ẜm qđ dz. ⁋ Scđo ibi.

⁋ Sunt aūt alteri ſcđm multa. hic quidem enī ꝓpter paſſionē ⁊ ꝯcupiſcentiā nō trāſmutans ꝯtinens: q₂ facile perſuaſibilis eſt cū cōtingat ⁊ erit ꝯtinens. h aūt nō a rōne: q₂ ꝯcupiſcētias aſſumūt ⁊ ducunt̃ multi a delectatiōibus.

⁋ Oſtēdit differentiā. Et dicit ꝙ predicti ẜm multa differunt a ꝯtinente. Ad cuius euidentiā cōſiderādum eſt ꝙ dupliciter aliquis pōt remoueri a ſua opinione. Uno modo ex parte ipſius rōnis: puta ſi ſuperueñiat aliqua ratio fortior. Alio modo ex parte paſſiōis que peruertit iudiciū rōnis in particulari operabili pcipue. igit̃ hec eſt differentia: q₂ hic quidē. ſ. ꝯtinens nō tranſmutat̃ a rōne ꝓpter ꝯcupiſcētie paſſionē: ſ₃ tamē qñ op₃ bene perſuaſibilis erit ab alia rōne meliori inducta. vñ laudabilis eſt: q₂ nō vincit̃ ꝯcupiſcentia: ſed rōne. hic aūt. ſ. ptinax nō mutat̃ a ſua opinione ꝓpter aliquā rōnem inductā: ſed recipiunt concupiſcentias: ⁊ multi eoꝝ ducunt̃ a delectationibus extra rationē. ſic ergo vituperabiles ſunt: quia cū nō permittant ſe vinci ratiōe: vincunt̃ tamen a paſſione. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Sunt aūt iſchyrognomones ⁊ idiognomones ⁊ indiſciplinati ⁊ agreſtes. ⁊ hi quidē idiognomones aūt ꝓpter delectationē ⁊ triſtitiā. gaudent enim vincentes ſi non tranſuadeant̃ ⁊ triſtāt̃ur ſi infirma que ipſoꝝ ſint queadmodum ſententie. quare magis incontinenti aſſimilantur q̄ȝ continenti.

⁋ Oſtendit quō ſe habeant tales ad incontinentē. Et dicit ꝙ iſti: quos dicimus iſchirognomones dicunt̃ ⁊ idiognomones. i. ꝓprie ſentētie ſiue ꝓpꝛij ſenſus homines: ⁊ ſunt īdiſciplinati: q₂ nolunt ab aliquo inſtrui: ⁊ ſunt etiā agreſtes: q₂ dum ſemꝑ volunt ſequi ꝓpriū ſenſum nō de facili poſſunt cū alijs cōmorari. ſūt aūt ydiognomones i. ꝓpꝛij ſenſus ꝓpter hoc ꝙ aliquā delectationē nimis querunt: ⁊ aliquā triſtitiam nimis fugiunt. gaudent enī quādo ꝯferendo cū alijs vincunt. ſi. ſ. nō tranſmuttētur per aliquā ſuaſionem a ſua opione: triſtant̃ aūt ſi ea que ſunt ipſoꝝ. ſ. ſnīe apparēt infirme: ita ꝙ oporteat eas deſerere. hoc aūt eſt ꝓprie incōtinentis ⁊ mollis ſuperabūdanter appetere delectationes ⁊ fugere triſtitias. vnde patet ꝙ pertinaces magis aſſimilantur incontinenti q̄ȝ continenti. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Sunt aūt quidā qui his que vident̃ non imanent nō ꝓpter incōtinentiā: puta in philotete qui ſophoclis neoptolemus: quāuis propter delectationē nō imanſit ſed bonā. verū dicere enim ipſi bonum erat. perſuaſus eſt autem ab odiſſeo falſum dicere. nō. n. oīs qui ꝓpter delectationē aliquid operat̃ eſt intemperatus ſiue prauus ſiue icōtinens: ſ₃ q ꝓpter turpē.

⁋ Oſtendit quō aliqui diſcedunt laudabiliter a ratōe: et dicit ꝙ quidā ſunt qui nō imanent his que eis videntur nō ꝓpter incōtinentiā: ſed ꝓpter amorem virtutis. ſicut narratur in libro quē de philotete ſophocles ſcripſit ꝙ neoptholomus non permanſit in his que ei videbātur: nō tamē ꝓpter incontinentiā: quāuis hoc fecerit ꝓpter aliquā delectationē nō malam ſed bonā. apparebat enī q̄ſi qđdā bonū dicere verum: ⁊ hoc erat ei delectabile: ſ₃ pſuaſum fuerat ei ab Ulyxe qđ diceret falſū ꝓpter vtilitatem patrie: cui quidē perſuaſioni ipſe nō imanſit ꝓpter delectationē veritatis: nec tamē ꝓpter hoc fuit incontinens. nō. n. omnis qui ꝓpter delectationē aliquid operat̃ eſt intēperatus ſiue prauus ſiue incontinens: ſed ſolum ille qui propter turpem delectationē aliquid operatur. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Quia aūt aliquis eſt talis qualis min⁹ q̄ȝ op₃ corporalibus gaudēs. ⁊ nō imanens rōni. talis hui⁹ ⁊ icōtinētis medius ꝯtinēs. Incontinens qdē. n. nō imanet rōni ꝓpter mai⁹ aliqđ. Iſte aūt ꝓpter minus aliqđ: ꝯtinens aūt imanet ⁊ nō ꝓpter alterū tranſmutat.

⁋ Oñdit quō ꝯtinentia ſe hēat ad rōnem v̇tutis: ad quā ptinet in medio eē. Et circa hoc duo facit. Primo manifeſtat ꝯtinentiā in medio eſſe: ſicut ⁊ tēperātia. Secūdo oñdit: ꝙ qñq₃ cōtinētia ꝓpter ſilitudinē tēpantia nominat̃. ibi. (Q₂ aūt ẜm ſilitudinē ⁊c.) Circa p^m tria facit. Primo oñdit: quoꝝ ꝯtinētia ſit mediū: ⁊ dic̃ ꝙ aliqs hō inenit̃ ſic diſpoſitus q min⁹ gaudet corporalib⁹ delectatiōib⁹ q̄ȝ oporteat: ⁊ hoc ē nō ꝑꝑ finē boni: ſ₃ ꝑꝑ faſtidiū. ꝑꝑ qđ nō pmāet in rōne iudicāte ꝙ o₃ ẜm ꝙ neċe eſt talibus delectatōib⁹ vti. De intentiōe aūt iā dcm̄ eſt ꝙ nō imanet rōni ꝓpter hoc ꝙ gaudet talibus delectationibus pluſq̄ȝ op₃. vñ hoꝝ duoꝝ medius eſt ꝯtinens. nā incōtinens nō imanet rōni ꝓpter aliqđ maius. ille aūt ali⁹ ꝓpter aliqđ minus: q₂. ſ. ille vult plus vti delectatiōib⁹ q̄ȝ op₃: ⁊ iſte minus. S₃ ꝯtinēs imanet rōni ⁊ nō trāſmutat̃ ab ea: nec ꝓpter alterū pdictoꝝ. i. neq₃ ꝓpter maius neq₃ ꝓpter minus. ⁋ Secundo ibi.

⁋ Oportet aūt ſiquidē continentia ſtudioſū: vtroſq₃ cōtrarios habitus prauos. queadmodum ⁊ apparent. ſed.

⁋ Oñdit q̄r ſe hēant ad bonitatē ⁊ malitiā: manifeſtū eſt aūt ex dictis ꝙ ꝯtinentia eſt aliqđ bonum. vñ op₃ ꝙ

vtriq; habitus q ei ɔriant .ſ. ꝛ ſm plus ꝛ ſm minus ſint mali: ſicut apparet ex hoc ipſo ꝙ nō imanent rōni: ſʒ accipiunt aut plus: aut minus. ¶ Tertio ibi.

¶ Propter alterum in paucis ꝛ raro eſſe manifeſtum. quēadmodum temperantia intemperantie videtur contrarium eſſe ſolum ſic ꝛ continentia incontinentie.

¶ Rñdet tacite qōni. quare .ſ. ſola icontinētia videaꝛ eē ɔria cōtinētie cū hēat duos habitus ɔrios: ꝛ dicit ꝙ hoc ɔtingit ꝑpter hoc ꝙ alteruʒ in paucis accidit: ꝙ .ſ. aliqs egrediaꝛ a rōne in minus: ꝛ iō nō eſt adeo malū: ſicut alterū extremū. nā in pluribus accidit ꝙ circa delectationes corporales fiat egreſſus a recta rōne in plus: ꝛ ꝑpter eandē rōnem tēpantia videꝛ eſſe ɔria ſoli intēperātie: qꝛ iſenſibilitas non eſt manifeſta ꝑpter hoc ꝙ in paucioribus accidit. ¶ Eſt aūt h̄ ɔſiderandū ꝙ ɔtinētie aſſignātur dupliciter extrema. Uno° ex ꝑte rōnis cui inheret: ꝛ ſm hoc ſupra dixit ꝙ ꝑtinax ſe hʒ ad ɔtinentē: ſicut ꝑdigus ad liberalē. alterū aūt extremū eſt ad minus viciuʒ iſtabilitatis. Alio° aſſignanꝛ ei extrema ex parte cōcupiſcentie quā vincit: ꝛ ſic ɔtinētia eſt mediū iter extrema nunc poſita. ¶ Deinde cum dicit.

iz^m ¶ Quia aūt ſm ſiĺitudinē multa dicunꝛ ēt cōtinētia que tēpati ſm ſiĺitudinē ɔſecuta eſt.

¶ Oñdit ꝙ ɔtinentia ꝑpter ſiĺitudinē qñq; dr̄ temperātia. Et ṗmo ɔparat ſm hoc ɔtinentiā temperātie. Scd̄o icontinentiā intēperātie. ibi. (Siĺis aūt ꝛc.) Circa ṗmū tria facit. Primo ꝓponit qđ intendit: ꝛ dicit ꝙ: qꝛ multi noianꝛ metaphoᶜᵉ ſiue ſm ſiĺitudinē ide eſt ꝙ ēt icōtinētia ɔſeqꝛ qñq; nomē tēpātie ſiĺitudinarie. ¶ z° ibi.

¶ Eteni ɔtinēs potēs nihil preter rōneʒ ꝑpter corporales delectatōes facere ꝛ tēperatus.

¶ Oñdit in quo ſit ſiĺitudo. ɔtinens. n. hʒ facultatē vt nihil preter rōneʒ opereꝛ ꝑpter delectatiōes corporales: ꝛ hoc idem pōt facere temperatus. ¶ z° ibi.

¶ Sed hic quidem habens: hic aūt nō habens prauas concupiſcentias. ꝛ hic quidē talis qualis nō delectari preter rōnem. hic auteʒ qualis delectari: ſed non duci.

¶ Ponit duas dr̄ntias. Quarū ṗma eſt ꝙ ɔtinēs hʒ prauas ɔcupiſcentias: ſʒ tēperatus nō hʒ eas: qꝛ eius cōcupiſcibilis eſt ꝑ habitū tēperantie ordinata. ¶ Scd̄a dr̄ia eſt quā ponit ibi. (Et hic qdeʒ ꝛc.) ꝙ .ſ. tēpatus eſt ſic diſpoſitus ꝑ habitū tēpantie. vt nō delecteꝛ ṗter rōnē: ɔtinens aūt eſt ſic diſpoſitus. vt delecteꝛ qdeʒ ṗter rōnem: ſed nō ducaꝛ a paſſione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Similis aūt ꝛ incōtinens ꝛ intēperatus alteri qdeʒ exñtes. vtriq; aūt corporalia delectabilia ɔſequenꝛ: ſed h̄ quideʒ ꝛ exiſtimans oportere: h̄ aūt non exiſtimans.

¶ Cōpat icōtinentiā itēpantie: ꝛ dicit ꝙ icōtinēs ꝛ itēpatus ſūt ſiĺes: cū tñ differāt. vñ eodē mō icōtinēs dr̄ itēpatus ꝑ ſiĺitudinem ſunt. n. ſiĺes in hoc ꝙ vtriq; ɔſequunꝛ .i. qrūt delectabilia corporalia. differūt aūt in hoc ꝙ itēperatus exiſtimat opōtere h̄ delectabilia ſeq ꝑpter habitū puertētē iudiciū de fine. Incōtinēs aūt nō hoc exiſtimat: qꝛ ſaluaꝛ in eo ṗnᵐ. vt. ṡ. dcm̄ eſt.

Neq; ſimul prudentē ꝛ incontinenteʒ contingit eſſe eundem.

¶ Poſtq; ph̄s oñdit qūo ɔtinēs ꝛ incōtinēs immaneat vel non imaneat rationi. Hic oſtendit vtruʒ ɔtingat ꝙ prudentia: que eſt recta rō agibiliū ſit ſiĺ cum icontinentia. Et ꝑ hoc ſoluiꝛ zᵃ dubitatio: que mouebaꝛ circa 5ᵐ ꝓbabile. Et circa hoc duo facit. Primo oñdit ꝙ nūq; ſiĺ prudentē ɔtingit eſſe icontinentē. Scd̄o oſtēdit qūo ſe hēat icontinēs ad prudentiā. ibi (Et ſm qdeʒ rōneʒ ꝛc.) Circa ṗᵐ tria facit. Primo ꝓponit qđ intendit ꝛ oſtendit ꝙ nō contingit: ꝙ ideʒ homo ſit ſimul prudens ꝛ incontinens. ¶ Secundo ibi.

¶ Simul enim prudēs ꝛ ſtudioſus ſm moreʒ oſtenſum eſt ens.

¶ Probat ꝓpoᵐ duab° rōnibus. Quarū ṗᵃ eſt. ꝙ ſicut. ṡ. in 6°. oñſum eſt: prudētia ſiĺ eſt cū vtute morali: ꝛ ſic ſimꝛ eſt aliqs prudens ꝛ ſtudioſus ſm vtutē moralē: ſʒ icontinens nō eſt ſtudioſus ſm virtutem moralem: qꝛ nō duceręꝛ a paſſiōibus. ꝗ nō pōt eſſe ꝙ aliqs ſit ſimul prudens ꝛ incontinens. ¶ Secūdā rōnem ponit ibi.

¶ Adhuc nō in ſcire ſolū prudēs: ſʒ ꝛ in eo qđ practicus: incōtinēs aūt nō practicus.

¶ Nō. n. dr̄ aliqs prudēs ex h̄ ſolū ꝙ eſt ſciēs: ſʒ ex hoc ēt ꝙ eſt practicus. i. opatiuus. dcm̄ eſt. n. ſupra in 6°. ꝙ prudentia eſt preceptiua operū ꝛ nō ſolū ɔſiliatiua ꝛ iudicatiua: ſʒ icōtinēs deficit ab eo ꝙ ſit practicus. nō. n. opaꝛ ſm rōnē rectā. prudēs ꝗ nō pōt eſſe icōtinēs. ¶ 3° ibi.

¶ Dynū aūt nihil ꝓhibet icōtinentē eſſe ꝑpter qđ ꝛ videnꝛ qñq; prudētes eſſe qdā: icontinētes aūt ꝑpter dynoticā differre a prudētia ſm dcm̄ modū in primis ſermonibus.

¶ Aſſignat rōnē. quare qñq; videanꝛ prudētes eſſe icontinentes: ꝛ dicit ꝙ nihil ꝓhibet dynū. i. ingenioſum ſeu induſtrioſuʒ eſſe icontinentē: ꝛ ex hoc ɔtigit ꝙ qñq; videꝛ ꝙ qdā prudētes ſint incōtinentes: qꝛ .ſ. dyni reputātur prudentes ꝑpter hoc qđ dynotica differt a prudētia ſm modū ꝑdictū in 6°. qñ .ſ. prudētia ſe hēat ex additōe ad dynoticam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ſm quidem rōnem ꝓpe eſſe. differre aūt ſecundum electionem.

¶ Comparat icontinēteʒ prudēti. Et circa hoc duo facit. Primo ɔpat icontinentē prudēti. Scd̄o ɔpat icontinentes adiuicē. ibi (Sanabilior aūt ꝛc.) Circa ṗᵐ duo facit. Primo ɔparatiōeʒ ponit. Scd̄o adhibet ſiĺitudinē. ibi. (Aſſimilatur vtiq; ꝛc.) Circa ṗᵐ duo facit. Primo ponit ɔpatiōeʒ. Scd̄o iſert correlariū ex dictis. ibi (Quare ſemimalus ꝛc.) Circa ṗᵐ tria facit. Primo ꝓponit qđ itendit: ꝛ dicit ꝙ icontinēs ſm qd ꝓpinquus eſt prudenti. ſ. ſm rōnē: qꝛ vterq; hʒ rōnē rectā: ſʒ dr̄nt ſm electōeʒ: inquātū prudēs ſeqꝛ. icontinēs nō ſeqꝛ. ¶ Scd̄o ibi.

¶ Neq; vtiq; vt ſciens ꝛ ſpeculans: ſed vt dormiens ꝛ vinolentus.

¶ Manifeſtat q̄lr ſint ꝓpinq ſm rōneʒ: ꝛ dicit ꝙ hoc nō eſt ita: ꝙ icōtinēs ſit ſicut ſciēs in hitu ꝛ ſpeculās. i. ɔſiderans in actu ꝑticularia eligibilia: ſʒ ſe hʒ ſicut dormiēs ꝛ vinolētus: in quibus eſt habitus rōnis ligatus. ſicut ſupra expoſitum eſt. ¶ Tertio ibi.

¶ Et volens qdē. ſm modū eni quēdam ſciēs. ꝛ qd facit ꝛ cuius gratia. malus aūt non. Electio enim autem epyiches.

¶ Maīfeſtat qđ dixerat đ dr̄ia ſʒ electōeʒ: ꝛ dicꝛ ꝙ icōtinēs peccat qdē volēs. ſcit. n. qdāmō. ſ. i vli: ꝛ illđ qđ facꝛ: ꝛ cui⁹ gr̄a facꝛ ꝛ alias circūſtātias. vñ volūtarie agit: nō tñ ē malus: qꝛ nō agit ex electōe: ſʒ electio ſua ē epyiches. i. bo

na qñ eſt ex paſſionē: ſʒ qñ ſupuēit paſſio corrūpit̄ ei⁹ electio ꝛ vult malū. ꝛ iō ſm electionez incōtinens differt a prudente: qꝛ prudentis electio nō corrūpit̄. incontinētis aūt corrumpit̄. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare ſemimalus ꝛ nō iniuſtus: nō. n. iſidiatoꝛ. Hic qdē. n. ipſoꝝ nō imāſiu⁹ qb⁹ vtiqꝫ ꝯſiliabit̄. melācolic⁹ aūt neqꝫ ꝯſiliatiuus totalr̄.

¶ Infert corre^m ex dict͡l: qꝛ. n. icōtinēs añ paſſionē hʒ bonā electionez: ſʒ per paſſionē vult malū. ſeq̄t̄ ꝙ ſit ex media parte malus: iquantū. ſ. vult maluz: ꝛ nō ſit iniuſtus vel malus ſimplr̄: qꝛ nō eſt iſidiatoꝛ quaſi ex ꝯſilio ꝛ electione agens malū. icontinentiū aūt qdā. ſ. debiles. cōſiliant̄ qdē: ſʒ nō imanēt ꝯſiliatis melācolici ꝛ acuti. quos ſupra dixit preuolātes totalr̄ nō ꝯſiliant̄. vnde pʒ ꝙ neutri ex ꝯſilio ꝛ electōe agūt malū. ex his aūt q̄ dcā ſūt accipere poſſum⁹ qd ſit ſubm ꝯtinētie ꝛ incōtinētie. nō. n. pōt dici ꝙ vtriuſqꝫ ſubʒ ſit ꝯcupiſcibilis: qꝛ nō dn̄t ſʒ ꝯcupiſcentias. quas vterqꝫ. ſ. ꝯtinens ꝛ icontinens hʒ prauas: neqꝫ ēt ſubm vtriuſqꝫ eſt rō: qꝛ vterqꝫ hʒ rōnē rectā. Relinquitur g̊ ꝙ ſubm vtriuſqꝫ ſit voluntas: qꝛ incōtinens volens peccat. vt dictuz eſt. cōtinens volens imanet rationi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et aſſimilat̄ vtiqꝫ icontinens ciuitati cui calculant̄ oia neceſſaria ꝛ leges hʒ ſtudioſas. vtitur aūt nulla: queādmodū anaxādrides ꝯuitiatus eſt: ciuitas volebat cui legū nihil eſt cure. malus aūt vtēti qdē legib⁹. malis aūt vtētis.

¶ Adhibet ſilitudinē ad p̄dicta. Et circa h̄ duo fac̄. p̊ pponit ſili^nem: ꝛ dic̄ ꝙ icōtinēs aſſilat̄ ciuitati: cui oia nc̄ia calculant̄. i. diſpēſant̄: ꝛ q̄ hʒ bonas leges: ſʒ nlla eaꝝ vtitur. ſic̄ Anaxandrides ꝯuiciādo dixit ꝙ ciuitas q̄dā volebat leges; cui nihil erat cure de obſeruantia legū: ꝛ ſilr̄ incontinens nō vtit̄ recta rōne quā hʒ. malus autē putaitempatus aſſimilat̄ ciuitati vtenti legibus: ſʒ malis. vtitur. n. malus peruerſa rōne. ¶ Scdo ibi.

¶ Eſt aūt incōtinentia ꝛ ꝯtinētia circa ſuperexcellens multoꝝ habitū. hec quidez. n. magis imanet. h aūt minus plurium potētia.

¶ Manifeſtat qꝺ dixerat: qualr̄. ſ. incōtinens ſit ſilis ciuitati nō vtenti rectis legib⁹. nō. n. qlibet exceſſus rōnis recte facit icontinentē: ſʒ ꝯtinentia ꝛ icontinētia dn̄r ſʒ id qꝺ excellit habitū. i. facultatē mltoꝝ. ꝯtinens. n. imanet rōni recte magis q̄ꝫ multi poſſint: qꝛ vincit ꝯcupiſcētias: a qbus multi ſupant̄. icontinēs aūt minus imanet rationi q̄ꝫ multi poſſint: qꝛ vincit̄ a cōcupiſcentiis. quas multi vincūt. vt. ſ. dcm̄ eſt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sanabilioꝛ aūt incontinentiarū ſm quā melancolici incontinenter agunt ꝯſiliantium non imanentium autem.

¶ Cōparat icontinentes adiuicē ſm duplicē differentiā. Primo. n. dicit: ꝙ iter icontinentias illa eſt ſanabilioꝛ q̄ melācolici icontinēter agunt. ſ. nō p̄conſiliātes: icontinētia eoꝝ q ꝯſiliant̄: ſed nō imanent: qꝛ illi adhibito ꝯſilio vn̄r poſſe ſanari. nō aūt iſti. vt. ſ. dcm̄ eſt. ¶ Scdo ibi.

¶ Et per ꝯſuetudinē icōtinētes naturalib⁹. facili⁹. n. ꝯſuetudinē trāſmutare natura. pp hoc. n. ꝯſuetudo difficilis: qm̄ nature aſſimilatur queādmoduz ꝛ Ennius dicit aio diuturnam meditatiōez imanere amice ꝛ vtiqʒ opʒ hanc hominibus finiētem naturā eſſe. Quid qdem igit̄ ꝯtinētia ꝛ qd incōtinētia ꝛ perſeuerātia ꝛ mollities. ꝛ qualr̄ hn̄t hītus hi adiuicē dcm̄ ē.

¶ Cōparat icontinētes ſm aliā dn̄iam: ꝛ dicit ꝙ illi q ſūt icontinentes p ꝯſuetudinez ſūt ſanabiliores illis q ſunt icontinentes p nām. ſ. corporalis ꝯplōnis ad hoc iclinantis: qꝛ facili⁹ pōt trāſmutari conſuetudo q̄ꝫ nā: qꝛ pp qꝺ vnūqꝺqꝫ illud magis: ꝯſuetudo aūt ꝑpter hoc eſt difficilis ad imutandum: qꝛ aſſimilat̄ nāe: ſicut ennius poeta dicit. aio. i. dico diuturnā meditatōez. i. ꝯſuetū ſtudiū imanere amice. i. amicabiliter ſeu ꝯformiter: ꝛ dico hāc finientē. i. qñ pficit̄ oibus eē nām. Ultio aūt epylogādo ꝯcludit dcm̄ eſſe qd ſit ꝯtinētia ꝛ icontinētia ꝛ pſeuerantia ꝛ mollities: ꝛ qualr̄ hi hītus ſe habeāt adinuicem.

De delectatiōe aūt ꝛ triſtitia ſpeculari eius qui politicā phat̄.

¶ Poſtqꝫ phs determinauit de ꝯtinentia ꝛ icontinentia oñdens ꝙ ſunt circa delectationes ꝛ triſtitias. Hic itendit determinare de delectatiōibus ꝛ triſtitiis. Et p̊ dicit ꝙ hec cōſideratio pertinet ad pn̄tez itentionē. Scdo exeq̄t̄ ꝑpoſitū. ibi (Hic qdez igitur ꝛc̄.) Circa p̄^m tria facit. Primo ꝑponit qꝺ itendit: et dicit ꝙ ꝯſiderare de delectatiōe ꝛ triſtitia ptinet ad euz q circa ſciam politicā phat̄ ad quā tota moralis doctrīa reducit̄. ſicut ad p̄ncipalē. vt in p̄n° hituz eſt. ¶ 2°. ibi.

¶ Iſte. n. architecton ad quē reſpicientes vnūqꝺqʒ qdē malū. hoc aūt bonū ſimplr̄ dicim⁹.

¶ Probat ꝑpo^m tribus rōnibus. Quarū p̊ eſt: qꝛ ſicut finis architectonice artis eſt ille ad quē reſpiciūt: ſicut ad q̄ꝫdā mēſurā oia q̄ ſub illa arte ꝯtinent̄: ita ſe hʒ delectatio i his q̄ ptinēt ad moralē doctrinā. reſpiciēdo. n. ad delectationē: dicimus eē aliqd malū: ꝛ aliqꝺ ſilr̄ bonū. illū. n. dicimus eſſe bonū q in bonis delectat̄. malū aūt eum q in malis: ꝛ in his etiā q̄ fiūt idē iudiciū obſeruat̄. iudicam⁹. n. malū eē id qꝺ ex delectatiōe mala ꝑcedit. bonū aūt qꝺ ex bona. in q̄libet aūt ſcia maxīe ꝯſiderādū eſt id qꝺ habet̄ ꝑ regula. vn̄ ad phm moralē maxīe ptinet ꝯſiderare de delectatiōe. ¶ Secūdā rōnez ponit ibi.

¶ Adhuc aūt neceſſarioꝝ itēdere de ipſis. virtutē. n. ꝛ malitiaʒ moralē circa triſtitias ꝛ delectationes poſuimus.

¶ Oñdit ꝙ nō ſolum ꝯueniēs eſt in morali ꝯſiderare de delectatōe: ſʒ ēt ē ei nec̄iū: qꝛ ad ipʒ ptinet ꝯſiderare virtutes ꝛ malitias. oñſum eſt aūt. ſ. in 2°. ꝙ v̊tus ꝛ malitia moralis ſūt circa delectatōes ꝛ triſtitias. g̊ nec̄iū eſt morali ꝯſiderare de delectatōe ꝛ triſti^a. ¶ 3^a rōnē pōit ibi.

¶ Et felicitatē plures cū delectatiōe eſſe aīūt. pp qꝺ ꝛ beatū denoīauerūt a gaudere.

¶ Ad phm. n. moralē pertinet ꝯſiderare felicitatez. ſicut vltimū finē. Sed plures ponūt eſſe felicitatē cū delectatione. iter quos ēt ꝛ ipſe. vn̄ ēt apud grecos nomīat̄ beatus a gaudēdo. g̊ ad moralez phʒ pertinet determinare de delectatione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ His qdē igit̄ videt̄. neqꝫ vna delectatio eſſe bonuz pʒ ſm ſeipſam: neqʒ ſm accidēs: nō. n. eſſe idez bonū ꝛ delectatiōez. his aūt quidem quedā eſſe bone: multe aūt praue. Adhuc horum tertiū. ſed ꝛ omnes bonū: tamē nō cōuenit eſſe optimam delectationem.

¶ Determīat de delectatiōe ꝛ triſtitia. Et p̊ determīat d̊ eis in cōi. 2°. ſpālr̄ determīat de corporalib⁹ delectatio-

nib⁹ circa quas poſuit eſſe ↄtinentiã ⁊ incõtinentiã. ibi. (De corporalibus aũt vtiq; ⁊c.) Circa pᵐ duo facit. Primo ꝓſeqˀ opiones ĩpugnantiũ delectatões. 2°determinat ↄriã veritatẽ. ibi. (Sed tñ qm̄ ⁊ triſtitia maluz ⁊c.) Circa pᵐ tria facit. Primo ꝓponit opiones ĩpugnantiũ delectatiões. 2° ĩducit rõnes eoꝝ. ibi. (Totalr qdẽ igitur ⁊c.) 3° ſoluit ibi. (Qui aũt non accidit ⁊c.) Circa pᵐ ponit tres opiones. qbuſdaz.n. videbaˀ ꝙ nulla delectatio eſſet bona neq; per ſe neq; per accñs: ⁊ ſi cõtingat ꝙ aliqḋ delectabile ſit boᵐ: nõ tñ idẽ eſt in eo id qḋ eſt boᵐ ⁊ delectatio. Alij aũt dixerunt ꝙ delectatiões quedã ſũt bone: ſ; multe ſunt praue: ⁊ ita nõ oĩs delectatio ẽ bonũ. Tertij aũt dixerunt: ꝙ etiã ſi omnes delectatiões eſſent bone: nõ tamẽ contingeret aliquã delectationẽ eſſe optimum. (Deinde cum dicit.

(Totaliter quidez igiˀ nõ bonũ: qm̄ oĩs delectatio generatio eſt in naturaz ſenſibilis: neq; vna aũt generatio cognata finibus. puta neq; vna edificatio domus.

(Inducit rõnes ad p̄dictas opiones. Et p°ad pmaz. ⁊ 2° ad ſecundã. ibi. (Ꝯ aũt ⁊c.) 3° ad 3ᵃᵐ ibi. (Qḋ aũt ⁊ nõ optimũ ⁊c.) Circa pmũ ponit ſex rõnes. Quaꝝ pᵃ ſumiˀ ex diffõne delectatõis quã ponebãt dicẽtes ꝙ delectatio eſt qdã ſenſibilis gnõ ĩ nãz. dũ.n. aliqd ſenſibilr aggnãˀ nãe nr̃e. q. nobis cõnãle ex hoc delectamur. ſic p; ĩ ſumptione cibi ⁊ potus. nulla aũt gnõ eſt de genere finiũ: ſed potius gnõ eſt via in finẽ. ſicut edificatio nõ eſt domus: ſ; bonũ h; rõnem finis. ğ nulla gnõ: ⁊ per ↄñs nulla delectatio eſt bonũ. (Secundã rõnem ponit ibi.

(Adhuc temperatus fugit delectationes.

(Que talis eſt. nullus ṽtuoſus laudaˀ ex hoc ꝙ fugit qḋ bonũ eſt. tẽpatᵘ aũt laudaˀ ex hoc ꝙ fugit delectatões. ğ delectatio aliqḋ bonũ nõ eſt. (Tertiã rõnẽ ponit ibi.

(Adhuc prudens non triſte proſequitur: nõ delectabile.

(Que talis ẽ. ſicut prudẽs pſeqˀ. i. querit nõ triſtari: ita etiã querit nõ delectari: ſed triſtitia nõ eſt bonuz. ğ neq; delectatio. (Quartam rõnem ponit ibi.

(Adhuc impedimẽtũ ei qḋ eſt prudentẽ eſſe: delectatiões: ⁊ quanto magis gaudet: magis. puta eam que venereoꝝ. Nullũ.n. vtiq; poſſe intelligere aliquid in ipſa.

(Que talis eſt. nullo bono ĩpediˀ prudentia. ĩpediˀ aũt per delectatiões: ⁊ tanto magis quanto ſunt maiores: ex quo videˀ ꝙ per ſe ⁊ nõ ꝑ accñs ĩpediãt: ſicut p; ꝙ delectatio venereoꝝ que eſt maxia: intantũ ĩpedit rõnem ꝙ nullus in ipſa delectatiõe actuali põt aliqd actu ĩtelligere: ſ; tota ĩtentio aĩe trahiˀ ad delectatiõez. ğ delectatio nõ eſt aliqd bonũ. (Quintã rõnem ponit ibi.

(Adhuc ars neq; vna delectationis: quãuis eſſe bonum artis opus.

(Que talis eſt. oẽ bonũ humanũ videˀ eſſe opus alicuiᵘ artis: q; boᵐ hoĩs ex rõne ẽ: ſ; delectatio nõ ẽ opᵘ alicuiᵘ artis: q; nulla ars eſt ad delectandũ. ğ delectatio nõ eſt aliqd bonũ. (Sextã rõnem ponit ibi.

(Adhuc pueri ⁊ beſtie ꝓſequunˀ delectatões.

(Que talis eſt. illud qḋ eſt in hoĩe puerile ⁊ beſtiale vituparˀ: ſ; pueri ⁊ beſtie ꝓſequunˀ. i. querũt delectatiões. ğ delectatio nõ eſt aliqd bonũ. (Deinde cum dicit.

(Huiuſmodi autez nõ oẽs ſtudioſas: quoniã ſunt ⁊ turpes ⁊ ꝓbroſe ⁊ qm̄ nocive. egritudinalia enim quedam delectabilium.

(Oñdit ꝙ nõ oẽs delectationes ſunt bone: ⁊ dicit ꝙ hꝰ qḋ eſt nõ oẽs delectationes eſſe bonas. oñſum eſt ꝙ ſunt qdã delectatiões turpes. i. inhoneſte ⁊ opprobrioſe. i. iſfames ⁊c. h etiaz quedã delectatiões ſunt nocive: qḋ p; ex hoc ꝙ qdã delectabilia ĩducũt homini egritudinẽ: ⁊ ſic p; ꝙ nõ oẽs delectatões ſũt bone. (Deinde cũ dicit.

(Adhuc aũt nõ optimũ delectatio: qm̄ non finis: ſed gñatio: que qdẽ igiˀ dicunˀ hec ſunt.

(Probat ꝙ nulla delectatio ſit optimuz: ⁊ ſi oẽs eſſent bone. finis.n. eſt id qḋ eſt optiᵐ. delectatio aũt non eſt finis: ſ; magis gnõ qdã. ğ delectatio nõ eſt optiᵐ. Ultio ãt epylogãdo ↄcludit ꝙ ea q̃ dñr de delectatiõe fere h ſũt.

Quoniaz aũt nõ accidit ꝑꝑ hoc nõ eſſe bonũ nec optimũ ex his manifeſtũ.

(Poſtꝙ phs poſuit rõnes ad opiones p̄miſſas. hic ĩtẽdit eas ſoluere: ⁊ p̄ ꝓponit qḋ ĩtẽdit di. ꝙ ex ſequẽtibᵘ erit manifeᵐ: ꝙ ꝑꝑ p̄dictas rõnes nõ ſeqˀ ꝙ neq; delectatio nõ ſit bona: neq; ꝙ non ſit optima. pretermittit aũt mediã opiõnẽ q̃ ponebat nõ oẽs delectatões eſſe bonas: q; aliqualr eſt vera. has aũt duas ſimul cõmemorat: q; hñt cõſimiles rõnes. vñ etiã ſoluuntur ſimul. (Secundo ibi.

¶ Mouet circa hoc dubiū: vtrum. ſ. hoīes amēt id qḋ eſt bonū ſimpl'r: vel id qḋ eſt bonū ipſis. hec. n. q̄ñq̄ abinui cē diſſonant: ſicut p̄hari ē bonū ſimpl'r. nō tñ eſt bonū i/digēti neceſſarys: ⁊ eadē dubitatio eſt circa ipſum dele/ctabile. nā aliqd eſt delectabil e ſimpl'r: ſicut dulce: quod nō eſt delectabile huic. ſcilicet habenti guſtuꝫ infectum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Uidetur auteꝫ ⁊ qḋ ipſi bonum amare vnuſ/quiſq̄: ⁊ eſſe ſimpliciter quidem bonum ama bile. vnicuiq̄ autem qḋ vnicuiq̄.

¶ Soluit predictam q̄ōnem. ⁊ primo ponit ſolutioneꝫ: ⁊ dicit ꝙ vnuſquiſq̄ videt̄ amare id qḋ eſt ſibi bonuꝫ: q2 q̄libet po⁹ fert̄ i obiectū ſibi ꝓpoꝛtionatū: ſic viſus vni/uſcuiuſqꝫ videt id qḋ ē ſibi viſibile: ⁊ ſic ſimpl'r amabile eſt id qḋ eſt ſimpl'r bonuꝫ. ita vnicuiq̄ amabile eſt illud eſt ſibi bonum. ¶ Secundo ibi.

¶ Amat autem vnuſquiſq̄ non ens ipſi bonū: ſed apparens.

¶ Obycit in ɔ̄riū. ⁊ dicit ꝙ vnuſq̄ſq̄ hō amat nō id qḋ eſt ſibi bonū: ſed illud qḋ apparet ſibi bonū. appetitus. n. nō fert̄ in aliqd niſi ꝓut eſt apprehenſum: vñ videt̄ falſum vnicuiq̄ eſſe amabile qḋ eſt ſibi bonuꝫ. ¶ Tertio ibi.

¶ Differt aūt nihil: erit. n. amabile apparens.

¶ Soluit dicens ꝙ hoc nihil differt ad ꝓpoſitū: q2 cum amat̄ aliqd apparēs bonū amat̄ vt ſibi bonū: vñ etiam pōt dici ꝙ amabile eſt apparēs bonū. ¶ Scḋa particu/la pertinet ad qualitatē amatiōis quā ponit ibi.

¶ Tribus āt entib⁹ pp̄ q̄ amātur: iaiatoꝝ qdeꝫ amatio nō dr̄ amicitia. nō ē. n. redamatio neq̄ volūtas illoꝝ boni. ridiculuꝫ. n. foꝛte vino vel/le bonū. ſed qdē ſaluari vult ipſum. vt ipſe ha beat. Amico āt aiūt opoꝛtet̄ bōa velle ipſi⁹ grā.

¶ Et dicit ꝙ cū tria ſint pp̄ q̄ hoīes amāt. ſ. bonū dlecta bile ⁊ vtile: in illa amatione q̄ dicit̄ hō amare inaīata. pu ta vinū aut aurū: nō dicit̄ eſſe amicitia. ⁊ hoc oſtēdit du/pliciter. Primo quideꝫ: q2 i tali amatione nō pōt eſſe re/damatio: que requirit̄ ad amicitiā. nō. n. vinum amat ho minem. ſic homo amat vinum. Secundo quia non ſic amamus inanimata. vt ſit nobis voluntas boni illoꝛuꝫ. ridiculum enim eſſet dicere: ꝙ aliquis vellet vino bo/num: ſed hoc bonum qḋ eſt vinuꝫ hō vult ſibi. vñ per hoc

qđ hō amat vinū nō videt̄ eſſe beniuolus vino: ſed ſibi ipſi: ⁊ ſi aliquis dicat ꝙ hō vult bonū vino: qꝛ vult ꝙ cōſeruet̄: conſiderādum eſt ꝙ hō vult ſaluari vinū vt habeat illud: ⁊ ita nō vult ſalutē vini inquātū eſt bonū vino: ſed inquātū eſt bonū ſui ipſi⁹: ⁊ hoc ē ꝯ rationē amicitie. dicit̄.n. ꝙ oportet amico velle bonū gratia illius ⁊ non ꝓpter bonū amātis. ⁋Tertia particula pertinet ad viciſſitudinē amati quā ponit ibi.

⁋Volētes āt ſic bōa beniuolos dicūt: ſi nō idē ⁊ ab alio fiat. Beniuolētiam enim contra paſſis amicitiam eſſe.

⁋Et dicit ꝙ ſi aliqui velint bona alicui illius grā dicim⁹ eos beniuolos: ſed non dicim⁹ eos amicos: ſi nō illud fiat ab illo: vt.ſ. amatus velit bonū amāti eius gratia: qꝛ amicitiam dicimus eſſe beniuolentiam in contrapaſſis: vt.ſ. amans amet̄. habet.n. quandā cōmutationē amoris ſm̄ formā commutatiue iuſtitie. ⁋Quarta ꝑticula ſumit̄ ſm̄ conditionē mutui amoris: ⁊ hanc ponit ibi.

⁋Vel apponēdū nō latentē. Multi.n. ſunt beniuoli qbus nō viderūt. Exiſtimāt āt epyches eſſe vel vtiles. hoc aūt idē ⁊ ſi illoꝝ aliqs patiatur. Adhuc beniuoli qdē igitur iſti vident̄ ad inuicem. Amicos aūt q̄liter aliqs dicat latētes vt habent ſibiip̄ſis.

⁋Et dicit ꝙ ad hoc apponēdū eſt ad cōplendā rationem amicitie ꝙ ſit beniuolētia mutua nō latēs. multi.n. ſunt beniuoli aliqbus quos nunq̄ viderūt: inquātū ex auditis exiſtimant eos eſſe epyches.i. virtuoſos vel vtiles ſibi ⁊ poteſt eſſe ꝙ idē patiatur aliquid illorum ad euȝ q ſic eſt beniuolēs hꝫ: ergo homines videntur eſſe beniuoli adinuicē: ſed nō poſſūt dici amici cū id lateat eos qualiter ſe habeant adinuicem. ⁋Deinde cum dicit.

⁋Opꝫ ergo bene velle ad inuicē ⁊ velle bona nō latētes propter vnum aliquod dictorum.

⁋Concludit ex premiſſis diffinitionē amicitie: ⁊ dicit ꝙ opꝫ ad rationem amicitie ꝙ per eā aliqui ſibi bene velit adinuicem: ⁊ ꝙ hoc nō lateat eos: ⁊ ꝙ hoc ſit ꝑꝑ vnum aliquod ꝑdictoꝝ.ſ. ꝓpter bonū vel delectabile vl' vtile.

3m **Differūt āt hec adinuicē ſpecie ⁊ amationes ergo ⁊ amicitie. tres eni ſpēs amicitie ſunt equales numero amabilibus. ſcd̄m vnūquodq; eni ē redamatio nō latēs. amātes autē adinuicem volūt bona adinuicem ſcd̄m ꝙ amant.**

⁋Poſtq̄ phs oſtendit qd eſt amicitia. hic diſtinguit ſpecies amicitie. Et circa hoc duo facit. Prio diſtiguit ſpēs amicitie. Scd̄o oñdit ī qb⁹ amicitie ſpēbus fiūt accuſatiōes ſeu cōqōnes. ibi. (Trinis itaq; exñtib⁹ ⁊c̄.) Circa p̄m duo facit. Prio diſtinguit ſpēs amicitie que in equalitate perſonarū ſaluatur. Secūdo diſtinguit ſpecies amicitie que eſt īter inequales perſonas. ibi. (Altera eni eſt amicitie ſpēs ⁊c̄.) Circa primū duo facit. Primo diſtinguit amicitie ſpēs. Scd̄o oſtēdit in eis equalitatē exiſtere. ibi. (Sūt autē differētie amicitie ⁊c̄.) Circa primum tria facit. Primo diſtinguit amicitie ſpecies. Secundo determinat de eis per comparationem ad actum. ibi. (Quemadmodū autem in virtutibus ⁊c̄.) Tertio per cōparationē ad ſubiectū. ibi. (In ſeueris aūt ⁊ ſenibus ⁊c̄.) Circa p̄mū duo facit. Prio ponit ſpēꝝ diſtinctionē. Scd̄o determinat de ſingulis ſpēbus. ibi. (Que qdē igit ⁊c̄.) Dicit ergo prio ꝙ cū ſint tria amabilia: ſicut dictū eſt.ſ. bonū.i. honeſtum ſimpl'r: delectabile: ⁊ vtile: hec differunt ſpē abinuicē: non quidem ſicut tres ſpēs ex equo diuidētes aliquod genus. ſed ſꝫ prius ⁊ poſterius ſe hñt. ⁊ qꝛ ſꝫ dr̄iam obiectoꝝ diuerſificātur actus: cōſequens eſt ꝙ amationes ſm̄ hec tria differāt ſpecie: vt.ſ. alia ſit ſpēs amationis q̄ amat̄ aliqd ꝑꝑ bonū: ⁊ alia qua amat̄ aliqd ꝓpter delectabile. ⁊ alia qua ꝓpter vtile: ⁊ qꝛ amicitie actus eſt amatio: cōſequēs eſt ꝙ etiam ſint tres ſpecies amicitie equales numero amabilibus. quarū vna ē amicitia ꝓpter honeſtū qđ eſt bonū ſimpl'r. alia ꝓpter delectabile. ⁊ tertia ꝓpter vtile. in ſingulis.n. eoꝝ ſaluat̄ rō amicitie ſupꝛapoſite: qꝛ ſm̄ vnūquodq; hoꝝ triū poteſt eſſe aliquorum redamatio nō latēs ⁊ ſm̄ hec tria poſſunt ſibi bona velle adinuicē ſm̄ ꝙ amant. puta ſi amant ſe ꝓpter virtutem: volunt ſibynuicem bonū virtutis. ſi aūt propter vtile: volunt ſibynuicem bona vtilia. ⁊ ſi ꝓpter delectationē delectabilia. ⁋Deinde cum dicit.

⁋Qui quidem igitur ꝑꝑ vtile amāt adinuicē. nō ſcd̄m ſeipſos amāt: ſed ſcd̄m ꝙ fit ipſis aduicē bonū. ſil'r aūt ⁊ qui propter delectationē. nō enim in quales quoſdam eſſe diligūt eutrapelos: ſꝫ qm̄ delectabiles ſibiip̄ſis. Quiq; ꝑꝑ vtile amāt ꝑꝑ ſibiip̄ſis bonū diligūt: ⁊ qui ꝑꝑ delectationē ꝓpter ſibiip̄ſis delectabile: ⁊ non ſcd̄m ꝙ amatus eſt: ſed ſcd̄m ꝙ vtilis vel delectabilis: ⁊ ſcd̄m accidens vtiq; amicitie he ſūt. nō.n. ſcd̄ꝫ ꝙ eſt qui aliqñ eſt amatus: ſed ſcd̄ꝫ ꝙ tribuūt. Hi quidem bonum aliquod. hi autem delectationem.

⁋Determinat de predictis amicitie ſpēbus: que quidem nō equaliter ſub amicitia ꝯtinētur: ſed ſm̄ prius ⁊ poſterius: ſic ergo tria facit. Prio determinat de amicitia vtilis: ⁊ de ea que eſt delectabilis: q̄ per poſterius rōnē amicitie participant. Scd̄o determinat de amicitia honeſti qđ eſt bonū ſimpl'r: cui primo ⁊ per ſe cōpetit rō amicitie ibi. (Perfecta aūt eſt bonoꝝ ⁊c̄.) Tertio cōparat alias amicitias ad iſtā. ibi. (Que āt ꝑꝑ delectabile.) Circa p̄m duo facit. Prio oſtēdit q̄les ſint ſpēs amicitie īperfecte. Scd̄o qb⁹ cōpetūt ibi. (maxime aūt ī ſenibus.) Circa p̄m duo facit. Primo oſtendit amicitiam vtilem ⁊ delectabilē eſſe amicitias per accñs. Scd̄o oſtendit ꝙ ſūt facile diſſolubiles. ibi. (Facile diſſolubiles vtiq; ⁊c̄.) Dicit ergo primo ꝙ illi q amāt ſe adinuicē ꝑꝑ vtilitatē. vn⁹ nō amat alteꝝ ꝑꝑ ſeipſū: ſed ſm̄ ꝙ ab altero accipit ſibi aliqđ bonū. ⁊ ſil'e ē ī his q ſe amāt ꝑꝑ delectationē. nō eniꝫ vnus amat aliū ꝑꝑ hoc ꝙ eſt taliter diſpoſit⁹. puta ꝙ eſt eutrapelus.i. vtuoſe ſe hñs circa ludos: ſed ſolū inquātū ē ſibi delectabilis. ⁊ ſic pꝫ ꝙ tā illi q amāt ꝑꝑ vtile: amāt ꝑꝑ bonū qđ eis ꝓuenit: q̄ etiā illi q amāt ꝑꝑ delectationē amāt ꝑꝑ delectabile qđ ꝑcipiūt: ⁊ ita nō amāt amicū ſm̄ ꝙ ipſe ī ſe eſt: ſed ſm̄ id ꝙ accidit ei.ſ. ſm̄ ꝙ ē vtile vl' delectabile. vñ pꝫ ꝙ hꝫ amicitie nō ſūt amicitie ꝑ ſe: ſed ꝑ accñs: qꝛ nō amat̄ hō ſm̄ id ꝙ ipſe eſt: ſed ſm̄ ꝙ aliqd exhibet ſm̄ vtilitatē vel delectationē. ⁋Deinde cū dic̄.

⁋Facile ſolubiles vtiq; tales ſunt: nō ꝑmanētibus ipſis ſīlibus. ſi.n. nō adhuc delectabiles vel vtiles ſint qeſcūt amātes. vtile autem non permanet ſed alias fit aliud. Diſſoluto igitur propter quod amici erant. diſſoluitur ⁊ amicitia: vt exiſtente amicitia ad illa.

¶ Oſtendit hic amicitias facile eē diſſolubiles. ſunt.n. ꝓp aliqd ꝙ accidit hoīb⁹ q amãtur: in quo hoīes nõ ꝑmanẽt ſemꝑ ſibi ſiľes: ſicut nõ ſemꝑ idẽ hõ ẽ delectabilis: vľ vtilis. qñ igiť illi q amabãtur deſinũt eẽ dlectabiles vľ vtiles amici eoꝝ qeſcũt ab amãdo. ⁊ hoc maxie manifeſ⁹ ẽ in amicitia vtilis. nõ.n. ſemꝑ ẽ idẽ vtile hoī: ſʒ aliđ ⁊ aliđ ſm diuerſa tꝑa ⁊ loca: ſicut ĩ egritudine ẽ vtilis medicus: ⁊ ĩ nauigãdo nauta: ⁊ ſic de alijs: qꝛ ğ amicitia nõ hẽbať ad ipm hoīeʒ ſm ſe: ſed ad vtilitatẽ q ab ipſo eſt ꝙ diſſoluta amicitie cã: etiã amicitia diſſoluať. ⁊ ſimile ꝯtingit circa amicitiaʒ delectationis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Maxie aũt in ſenib⁹ talis vř amicitia fieri. nõ enim delectabile tales ꝑſequunť: ſed vtile.**

¶ Oſtendit qbus hꝫ amicitie cõpetãt. Et prio oñdit qb⁹ competat amicitia vtilis. Secundo quibus competat amicitia delectabilis. ibi (Juuenũ aũt aĩcitia ⁊c̃.) Põit aũt tria gña hominũ: qb⁹ cõpetit aĩcitia vtilis. Et primo dicit ꝙ maxie talis aĩcitia vř fieri in ſenibus q nõ q̃runt delectabile ꝓpter debilitatẽ corꝑis ⁊ ſenſuuʒ: ſʒ q̃rũt vtile: iq̃ʒtũ.ſ. idigẽt vt ſbueniať nãe iã dficiẽti. ¶ Scđo ibi.

¶ **Et eoꝝ qui in adoleſcẽtia iuuenuʒ qcũqʒ ꝯferent ꝑſequunť. nõ oĩno aũt. tales eniʒ ꝯuiuunt adinicẽ. Qñqʒ enĩ neqʒ ſunt delectabiles. neqʒ vtiqʒ idigẽt tali ſocietate ſi nõ vtiles ſint. intãtũ enĩ ſunt delectabiles inq̃ʒtũ ſpem habẽt boni.**

¶ Dicit ꝙ hec amicitia competit in adoleſcentibus ⁊ iuuenibus q querunt vtile. ⁊ hi qdem nõ oĩno ſunt tales: vt ſe mutuo amẽt neqʒ ẽt ꝯuiuũt adinuicẽ: qꝛ qñqʒ nõ ſunt ſibiinuicẽ delectabiles: nec vnus idiget ſocietate alteri⁹ niſi ſolũ ꝓpter vtilitatẽ. intm̃ enĩ mutua ſocietas eſt eis delectabilis inq̃ʒtum per hoc habẽt aliquam ſpẽm boni ad qđ ſit eis vtilis talis ſocietas. ¶ Tertio ibi.

¶ **In has aũt ⁊ peregrina imponunt.**

¶ Dicit ꝙ ad aĩcitias q̃ ſunt ꝓpter vtilitatẽ qdã reducũt etiã amicitiam peregrinoꝝ q ſeinuicẽ amare vñr ꝓpter vtilitatem quã vnus ab alio habet in ſua peregrinatõe. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Juuenũ aũt aĩcitia ꝓpter delectationẽ eẽ vř. ſm paſſionẽ eniʒ iſti viuunt: ⁊ maxime proſequuntur delectabile ipſis ⁊ preſens.**

¶ Oſtendit qbus cõpetat aĩcitia delectabilis. Et circa hoc duo facit. Primo oñdit qb⁹ cõpetat hmõi aĩcitia. ⁊ dicũt ꝙ aĩcitia q̃ ẽ ꝓpter delectationẽ maxie vř eẽ iuuenũ: qꝛ viuunt ſm ꝙ ferũtur a paſſionib⁹: nõdũ roborato in eis iudicio rõnis quo paſſiones ordinenť: ⁊ qꝛ paſſiones oẽs terminãtur ad delectationẽ ⁊ triſtitiã. vt in 2° habitũ ẽ cõueniens eſt ꝙ ipſi maxie ꝓſequunť id qđ eſt eis delectabile ſʒ ꝑſens tꝑs. paſſiones enĩ pertinẽt ad ꝑtẽ ſenſitiuam q̃ maxie reſpicit pñs. amare aũt hoc: qꝛ eſt factiuuʒ delectatiõis ĩ futurũ iã accedit ad rõnẽ vtiľ. ¶ 2° ibi.

¶ **Etate aũt trãſcendẽte ⁊ delectabilia fiunt altera ꝓp qđ velociter fiũt aĩci ⁊ quieſcũt. ſimul enim cũ delectabili amicitia trãſcenditur. talis aũt delectationis velox tranſmutatio.**

¶ Oſtendit hoꝝ aĩcitias facile mutabiles dupľr. primo quidẽ ex ꝑte delectabiliũ: qꝛ.ſ. trãſeũte etate fiũt eis alia delectabilia. nõ enĩ eadẽ ſunt in qbus delectanť pueri ⁊ adoleſcentes ⁊ iuuenes. ⁊ iđ tales de facili fiũt aĩci. ⁊ de facili ceſſant: qꝛ ſiľr trãſmutato delectabili trãſit amicitia. iuuenilis aũt delectatio eſt velox trãſmutatio: eo ꝙ tota eius nã in q̃dã trãſmutatione ꝯſiſtit. ¶ Scđo ibi.

¶ **Et amatiui aũt iuuenes. ſm paſſionẽ eniʒ ⁊ propter delectationẽ eſt ꝙ multũ amatiue. ꝓp qđ amãt ⁊ cito qeſcũt. multotiens eadem die trãſcẽdẽtes. cõmanere aũt ꝑ totã diẽ ⁊ ꝯuiuere iſti volũt. Fit enĩ ipſis ꝙ ſm amicitiam ſic.**

¶ Oſtẽdit idẽ ex partes amantiũ: ⁊ dicit ꝙ iuuenes ſunt amatiui.i. prompti ⁊ vehementes in amore: qꝛ.ſ. amant nõ ex electiõe: ſʒ ſm paſſionẽ: ⁊ inquantũ ꝯcupiſcunt delectationẽ. ⁊ iđ vehementer ĩtenſe amant: ⁊ qꝛ paſſio de facili tranſit: ſicut ⁊ facile aduenit: inde eſt ꝙ tales ſicut de facili amare ĩcipiunt: ita cito quieſcunt ab amãdo: et multotiens eadeʒ die amicitiaʒ ineunt ⁊ diſſoluunt: ſed q̃ʒdiu amicitia durat. volũt tales per totũ dieʒ ſibiinuicem cõmanere ⁊ ꝯuiuere ſibiipſis: inquãtũ ſunt ſibi mutuo delectabiles. iſto enim modo diſponitur in eis amicitia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Perfecta autem eſt bonoruʒ amicitia ⁊ ſm virtutem ſimilium.**

¶ Determĩat de amicitia ꝑncipali q̃ eſt ꝓpter bonũ vtutis. Et ꝑmo ꝓponit hꝫ amicitiã eſſe ꝑfectã: ⁊ dicit ꝙ illa amicitia q̃ eſt bonoꝝ: ⁊ ſibiinuicẽ ſiľiuʒ ſm vtutẽ eſt ꝑfecta amicitia. ¶ Secundo ibi.

¶ **Iſti enim bona ſimiliter volunt ſm ꝙ boni. boni autem ſunt per ſeipſos.**

¶ Probat qđ dixerat oñdendo ꝯditiões hꝫ amicitie. Et ꝑmo oñdit ꝙ hꝫ amicitia eſt ꝑ ſe ⁊ nõ ꝑ accñs. Secũdo oñdit ꝙ nihil ei deeſt. ibi (Et vterqʒ ſimpľr bonus ⁊c̃.) Tertio ꝙ eſt rara. ibi. (Raras aũt veriſiľe ⁊c̃.) Circa ꝑmũ tria facit. Primo oñdit ꝙ ꝑdicta amicitia eſt per ſe ⁊ nõ per accñs. illi.n. q ſunt ſibi ſiľes in vtute volũt ſibiinuicẽ bona inquãtũ ſunt boni. ſunt aũt boni ſm ſeipos. nam vtus eſt quedã ꝑfectio faciens hoĩem bonũ ⁊ opus ipſius. ğ pʒ ꝙ tales volunt ſibi bona ſm ſeipſos. vñ eoꝝ amicitia eſt per ſe. ¶ Secũdo ibi.

¶ **Volẽtes aũt bõa amicis illoꝝ gřa maxie aĩci: ꝓpter ſeipos enĩ ſic hñt. ⁊ non ſm accidens.**

¶ Ex hoc ꝯcludit: ꝙ talis amicitia ſit maxima. ſemꝑ.n. illud qđ eſt per ſe eſt potius eo qđ eſt per accñs. cũ igř hec amicitia ſit per ſe. alie aũt ꝑ accñs. ꝯñs eſt ꝙ virtuoſi q volũt bonũ amicis ꝓpter eos ⁊ non ꝓpter aliqd qđ ſibi ex eis ꝓueniat. ſunt maxime amici. ¶ Tertio ibi.

¶ **Permanet igiť hoꝝ amicitia vſqʒquo vtiqʒ boni ſunt. virtus autem manſiuum.**

¶ Cõcludit vlterius per hoc ꝙ tales amãt ſeipſos ꝓpter hoc ꝙ boni ſunt. ꝯñs eſt ꝙ eoꝝ amicitia permanet quouſqʒ ſunt boni ſm vtutẽ. vtus aũt eſt habitus ꝑmanens: ⁊ nõ de facili trãſiens. vt pʒ ex his que in 2° dicta ſunt. ğ talis amicitia eſt diuturna. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ **Et vterqʒ ſimpliciter bonus ⁊ amico. boni enim ⁊ ſimpliciter boni vtiles adinuicem. ſiľr aũt ⁊ delectabiles. boni eniʒ ⁊ ſimpľr delectabiles adinuiceʒ. vnicuiqʒ enim ſm delectationem ſunt ꝓprie actiones ⁊ tales. bonoruʒ autem tales ⁊ ſimiles.**

¶ Oſtendit ꝙ huic amicitie nihil deeſt. qđ ꝑtinet ad rõnẽ ꝑfecti. vt pʒ in.3. phyſi. Et circa hoc tria facit. Primo oſtẽdit ꝙ hec amicitia ꝯprehẽdit ea que ſunt ĩ alijs amicitijs. ⁊ dicit ꝙ in iſta amicitia vterqʒ amicus eſt bon⁹. nõ ſolũ ſimpliciter.ſ. ſm ſeipſum: ſed etiam ſm ꝯpatõeʒ ad ſuũ amicũ. qꝛ illi qui ſunt vtuoſi: ſunt etiã ſimpliciter

boni ⁊ vtiles ſibiiuicē ⁊ ſimplr̄ delectabiles: ⁊ hoc iō: qꝛ vnicuiqꝫ ſūt delectabiles ꝓpe actiōes ⁊ tales. i. actões ſimiles ꝓprys. actões aūt v̄tuoſoꝝ ſunt qdē: q̄ min⁹ ꝓprie ſibi: ⁊ alteri⁹ ſiles ꝓprys. nō. n. ꝯriant̄ ſibi opatiões q̄ ſūt ſm virtutē: ſꝫ oēs ſm rōnē rectā ſunt. ſic ḡ manifeſtū eſt ꝙ amicitia virtuoſoꝝ nō ſolū hꝫ bonū ſimplr̄: ſed etiam delectationē ⁊ vtilitatē. ¶ Scdo ibi.

¶ Talis enim amicitia manſiua rationabiliter eſt. Copulat. n. in ipſa omnia. quecūqꝫ aūt opꝫ amicis exiſtere. omnis. n. amicitia ꝓpter bonū eſt. vel ꝓpter delectationē. vel ſimplr̄. vl̄ amāti: ⁊ ſm ſilitudinē quādā. Hinc aūt exiſtūt oia dicta ſm ſeipſos. hac. n. ſiles ⁊ reliqua: ⁊ ſimpliciter bonū ⁊ delectabile ſimplr̄ eſt.

¶ Concludit iterum: ꝙ talis amicitia rōnabiliter eſt diu ꝑmanſiua: ⁊ nō facile ꝑtrāſēs: qꝛ in ea ꝯiungunt̄ omnia quecūqꝫ reqrunt̄ ad amicos. oīs. n. amicitia eſt ꝓpter bonū vel ꝓpter delectationē: ⁊ hoc vel ſimplr̄: puta cum id qḋ amat̄ eſt ſimplr̄ bonū ⁊ delectabile: vel qꝛ eſt bonuꝫ vel delectabile amanti: ⁊ hoc eſt eſſe bonū ⁊ delectabile nō ſimplr̄ ⁊ ꝓprie: ſꝫ ſm quādā ſilitudinē ad id qḋ eſt vere ⁊ ꝓprie bonū ⁊ delectabile. in hac. n. amicitia oīa p̄dicta exiſtūt nō per accn̄s: ſꝫ per ſe. ille. n. que ſunt ſimiles ſm hanc amicitiā virtutis: ⁊ reliqua bona hn̄t: qꝛ qḋ eſt ſimplr̄ bonuꝫ: etiā eſt delectabile: ⁊ ſic qꝛ hꝰ amicitia hꝫ oīa que ad amicitiā requirunt̄ nō de facili diſſolnitur. illud enim pretermitti conſueuit. in quo defectus aliquis inuenitur. ¶ Tertio ibi.

¶ Maxime itaqꝫ h̄ amabilia. ⁊ amare autē ⁊ amicitia in his maxime ⁊ optima.

¶ Cōcludit iteꝝ hāc amicitiā eſſe maximā: qꝛ. ſ. illa in qbus ꝯiungunt̄ oēs rōnes amādi ſunt maxime amabilia: ⁊ talia ſūt bona honeſta: qꝛ ⁊ ſunt bona ſimplr̄ ⁊ ſunt delectabilia ⁊ vtilia. vn̄ ꝑ ꝯn̄s opꝫ ꝙ amare in his maxime accidat: ⁊ amicitia boꝝ ſit maxia. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Raro autem veriſimiliter conueniens tales eſſe. pauci enim tales.

¶ Oñdit p̄dictā amicitiā eſſe rarā: qḋ eſt ſignū ꝑfectōis. nā ꝑfectio in quolibet genere rarius inuenit̄. Circa hoc aūt tria facit. Primo oñdit ꝓpoſituꝫ. Scdo excludit oppoſitū. ibi. (Qui aūt cito ⁊c̄.) Tertio ponit epylogū. ibi. (Hoc qdē igit̄ ⁊c̄.) Propoſitū aūt oñdit duab⁹ rōnib⁹. Quaꝝ p̄ma eſt: qꝛ hec amicitia eſt v̄tuoſoꝝ. pauci autē ſunt tales ꝓpter difficultatē attingēdi mediū. vt dictuꝫ eſt in ſecūdo. vn̄ veriſimile eſt ꝙ tales amicitie ſunt rare. ¶ Secundā rōnem ponit ibi.

¶ Adhuc aūt idiget tpe ⁊ ꝯſuetudine. ſm puerbiū. n. nō eſt ſcire. adiuicē aūt añ dictos ſal ꝯſumere: neqꝫ acceptari opꝫ pri⁹: neqꝫ eē amicos añqꝫ vterqꝫ vtriqꝫ appeat amabilis ⁊ credat̄.

¶ Qꝛ. ſ. amicitia taliū indiget longo tpe ⁊ mutua aſſuefactione vt ſeiuicē poſſint cognoſcere virtuoſos ⁊ amicos: qꝛ ſm ꝙ dr̄ in puerbio. nō ꝯtingit ꝙ aliq ſeiuicē cogſcāt añqꝫ ſimul comedāt mēſurā ſalis: nō opꝫ aūt ꝙ vnus acceptet aliū: ad hoc ꝙ ſit ei⁹ amicus. añqꝫ vnus appareat alteri amandus ⁊ credat̄ ita eē: ⁊ hoc raro ꝯtingit. vn̄ tales amicitie ſunt rare. ¶ Secundo ibi.

¶ Qui aūt cito adinuicē amicabilia faciunt: volunt qdē amici eſſe: nō ſunt aūt. ſi non ⁊ amabiles. ⁊ hoc ſciant. ¶ Voluntas quidem igit̄ velox amicitie fit. amicitie aūt non.

¶ Excludit obm de illis q vident̄ cito fieri amici: ⁊ dicit ꝙ illi q cito ſibiinuicē exhibēt opa amicitie: manifeſtāt ꝙ volūt eſſe amici: nō tn̄ adhuc ſūt: quouſqꝫ ſciāt ꝙ ſint amabiles inuicē: ⁊ ſic pꝫ ꝙ cito fit in hoīe voluntas amicitie: ⁊ tn̄ nō ita eſt de amicitia. ¶ Tertio ibi.

¶ Hec quidē igit̄ ⁊ ſm tēpus ⁊ ſcdm̄ reliqua ꝑfecta eſt. ⁊ ſm omnia h̄ fit. ⁊ ſimul vterqꝫ ab vtroqꝫ: qḋ oportet amicis exiſtere.

¶ Epylogādo ꝯcludit ꝙ p̄dicta amicitia eſt ꝑfecta: ⁊ ſm tēpus: qꝛ eſt diuturna: ⁊ ſm reliqua que dicta ſunt ⁊ ꝑficit̄ ſm oia que ſunt in alys amicitys: ⁊ ſimul ſcit vterqꝫ amicoꝝ ab altero qḋ requirit̄ ad amicitiā ꝓpter hoc. ſ. ꝙ ſunt ſimiles in virtute.

Que aūt ꝓpter delectabile ſilitudineꝫ huius habet. eteniꝫ boni delectabiles adinuicē. ſimilr̄ aūt ⁊ qui ꝓpter vtile. etenim tales adinuicem boni.

¶ Poſtqꝫ ph̄s determinauit de tribus amicitie ſpēbus. Hic ꝯparat eas adinuicē. Et circa hoc tria facit. Primo oñdit in quo alie amicitie ſunt ſiles ꝑfecte. Secundo in quo ab ea differāt. ibi. (Propter delectationē quidē igitur ⁊c̄.) Tertio epylogat ea q̄ dicta ſunt. ibi. (Spēs aūt amicitie ⁊c̄.) Circa p̄mū duo facit. Primo oſtēdit ſilitudinē aliarū amicitiarū ad ꝑfectā quantū ad cauſaꝫ amādi: ⁊ dicit ꝙ illa amicitia que eſt ꝓpter delectabile hꝫ ſimilitudinē ꝑfecte amicitie inquātū virtuoſi ſunt ſibiinuiceꝫ delectabiles. ⁊ ſilr̄ amicitia que eſt ꝓpter vtile eſt ſilis perfecte amicitie: inquātū virtuoſi ſunt ſibiinuicē vtiles. ¶ Secundo ibi.

¶ Maxime aūt ⁊ in his amicitie permanēt cū equale fiat abinuiceꝫ. puta delectatio ⁊ nō ſolum ſic: ſed ab eodeꝫ quale eutrapelis: ⁊ nō vt amatori ⁊ amato. Neqꝫ. n. in eiſdeꝫ delectant̄ iſti: ſed hic qdē vidēs illū. hic aūt famulatū recipiens ab amatore. finiēte aūt pulchrytudine q̄nqꝫ ⁊ amicitia finit. Huic qdē. n. nō eſt viſio delectabilis. huic aūt nō fit famulatus.

¶ Oñdit ſilitudinē q̄tū ad ꝑmanentiā amicitie. Et circa hoc duo facit. Primo oñdit q̄ū amicitie vtilis ⁊ delectabilis ſunt ꝑmāſiue. Scdo que eaꝝ ſit ꝑmanentior. ibi. (Que aūt ꝓpter vtile ⁊c̄.) Circa p̄mū duo facit. Primo ꝓponit duos modos qbus p̄dicte due amicitie ſunt ꝑmanētes: ⁊ in hoc hn̄t ſilitudinē perfecte amicitie. 2° ponit modos in qb⁹ deficiūt a ꝑmanentia. ibi. (Qui aūt nō delectabile ⁊c̄.) Primo ḡ ponit p̄ᵐ modū ꝑmanentie dicēs: ꝙ ēt in his q ſunt amici ꝓpter vtile ⁊ delectabile maxie ſunt amicitie ꝑmanētes: cū idē ⁊ eq̄le ſibiinuiceꝫ rependāt. puta delectationē ꝓ delectatōe: ⁊ qꝛ ſm diuerſa delectabilia ſunt diuerſe delectatiōes ſpē ⁊ quātitate dn̄tes: oꝫ ꝙ ad ꝑmanētiā amicitie nō ſolū repēdat̄ delectatio: ſꝫ ēt ab eode delectabili: ſicut accidit in eutrapellis. quoꝝ vnus delectat̄ in ludo alteri⁹: nō aūt oꝫ ſic eſſe: ſicut accidit iter duas ꝑſonas ſe amātes amore venereo: qꝛ q̄nqꝫ tales non delectant̄ in eiſdē: ſꝫ amator delectat̄ in hoc ꝙ videt amati pulchritudinē. amatus aūt in hoc ꝙ recipit ſeruitiū ab amatore: quibus ceſſantibus q̄nqꝫ ceſſat amicitia. vꝫ. ſ. ab vna pte ceſſat viſio: ⁊ ex alia pte ceſſat ſuitiū. ¶ Scdm̄ modū permanentie ponit ibi.

¶ Multi aūt rurſus ꝑmanēt: ſi ex cōſuetudine

moꝛes diligūt ſilis ɔſuetudinis exn̄tes.

¶ Et dicit ꝙ ēt in amicitia vtilis ⁊ delectabilis multi ꝑmanent in amicitia. ſi vnus diligat moꝛes alterius. ſicut luxurioſus diligit moꝛes alteri⁹ luxurioſi: vel vnus cupidus lucri diligit moꝛes alteri⁹: nō ꝙ tales moꝛes ſint ſecundū ſe diligibiles: ſed ſm̄ conſuetudinē: inquantū. ſ. ambo ſunt ſimilis cōſuetudis. ſimiliitudo aūt eſt ꝑ ſe cā amicitie: niſi ꝑ accn̄s impediat ꝑuatū bonū. vt. ſ. dcm̄ eſt. vn̄ cū moꝛes mali ex ɔſuetudie acq̄ſiti ſint ꝑmanentes. ſeq̄r ꝙ talis amicitia ſit ꝑmāſiua. ¶ Deide cū dic̄.

¶ Qui aūt nō delectabile cōmutāt ſed vtile in amabilib⁹: ⁊ ſunt minus amici ⁊ ꝑmanēt.

¶ Ponit modū quo amicitia deficit in ꝑmanēdo: ⁊ dicit ꝙ illi q̄ ī amabilibus nō recōpenſant delectabile ꝓ delectabili: ſed vtile ꝓ delectabili ſunt minus amici pꝛopter minoꝛē ſimilitudinē. vnde minus permanent in amicitia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qui autē ꝓpter vtile exiſtentes amici ſimul cum conferente diſſoluunt̄: nō enim adinuicē erant amici ſed vtilis.

¶ Cōparat ꝑmanētiā vtriuſq̄ amicitie: ⁊ dicit ꝙ illi qui ſunt amici ꝓpter vtile ſil'r ſeꝑant̄ ab amicitia ceſſante vtilitate: q2 nō erāt adinuicē amici ſui ipſoꝝ: ſed vtilitatis. delectatio aūt magis pꝛouenit ab ipſo amato ſecundum ſeipm̄ q̄ȝ vtilitas: que eſt quandoq̄ ſm̄ aliquā rem exteriorem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter delectationē quidē igit̄ ⁊ ꝓpter vtile: ⁊ pꝛauos ɔtingit amicos adinuicem eſſe: ⁊ epyiches pꝛauis: ⁊ neutrū q̄dcūq̄. ꝓpter ſeipſos aūt: q2 ſolos bonos. mali. n. nō gaudent ſeipſis. ſi non aliqua vtilitas fiat.

¶ Ponit duas differētias duarū amicitiarū ad perfectā. Pꝛimo g̊ ɔcludit ex pꝛemiſſis: ꝙ ꝓpter delectationē et vtilitatē pn̄t ſibiinuicē fieri amici hoīes cuiuſcūq̄ ɔditionis. ſ. boni bonis ⁊ mali malis: ⁊ etiā illi q̄ nō ſunt virtuoſi: nec vicioſi: ⁊ ad vtroſlibet ⁊ adiuicē: ſȝ ſm̄ ꝑfectā amicitiā q̄ hoīes ꝓpter ſeipſos amant̄ nō pn̄t fieri amici niſi boni: q2 in malis nō inuenit̄ aliq̄d. vn̄ poſſint ſeinuicē amare: aut in ſe delectari: niſi ꝓpter aliquā vtilitatē.

¶ Scdam differentiā ponit ibi.

¶ Et ſola aūt bonoꝝ amicitia intrāſmutabilis eſt. Non. n. facile vlli credere de eo qui multo tp̄e ab ipſo ꝓbatus eſt. ⁊ credere in his ⁊ nūq̄ȝ vtiq̄ iniuſtū facere: ⁊ quecūq̄ alia in ea que vt vere amicitia dignificant̄. in alijs aūt alteris nihil ꝓhibet talia fieri. q2. n. homies dicūt amicos ⁊ ꝓpter vtile quēadmodū ciuitates. vidētur. n. compugnatiōes ciuitatibus fieri gratia conferentis. ⁊ eos qui pꝛopter delectationē adinuicem diligunt pueri. Foꝛte quidem dicere ⁊ nos amicos tales.

¶ Et dicit ꝙ ſola amicitia bonoꝝ que eſt ꝑfecta eſt de ſe itrāſmutabilis. trāſmutat̄. n. amicitia maxie ꝑ h̄ ꝙ vn⁹ amicoꝝ iuenit in alio id q̄d amicitie ɔ̄riat̄: ſȝ hoc nō pōt ɔtingere in amicitia bonoꝝ: q2 bō nō de facili credit aliquod malū de illo quē multo tp̄e ꝓbauit ⁊ nūq̄ȝ inuenit eū aliq̄d iniuſtū facientē: ⁊ in quo iuenit oīa q̄cūq̄ reputant̄ digna ad verā amicitiā. vn̄ talis amicitia nō diſſoluit̄. tū q2 eſt ꝑ ſe ⁊ nō ꝑ accn̄s. tū q2 eſt ꝑfecta oīa in ſe ɔti

nēs que ad amicitiā req̄rūt̄: que rōnes ſūt ſupꝛa poſite. tū etiā q2 nō ɔpatit̄ īpedimentū amicitie: ꝙ non per rōnē īducit̄: ſȝ in alijs amicitijs nihil ꝓhibet ꝙ vnus credat malū de alio: ⁊ ꝙ vnus iniuſtū faciat alij. vn̄ nō eēnt ſm̄ has amicitias dicendi aliq̄ amici: ſȝ q2 hoīes ɔſueuerunt tales vocare amicos tā illos q̄ ꝓpter vtile amāt. ſicut dr̄ eſſe amicitia inter ciuitatē ꝓpter vtilitatē cōpugnatōis ɔ̄ inimicos: q̄ȝ eos q̄ diligunt ſeinuicē ꝓpter delectationē. ſicut pȝ de pueris. iō opȝ ꝙ etiā nos ſequēdo conſuetudinē cōmuniter loquentiū tales nominemus amicos. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Spēs aūt amicitie plures. ⁊ pꝛimo quidē ⁊ pꝛincipal'r bonoꝝ. ⁊ ſm̄ ꝙ boni. Reliquas aūt ſm̄ ſil'itudinē. ſm̄. n. ꝙ bonū aliquid ⁊ ſil'e aliquid ſic amici. Etenim delectabile bonū aliq̄d amatoꝛibus dilectionū. Non oīno aūt hec copulant̄ neq̄ fiunt amici ꝓpter vtile ⁊ delectabile. Non. n. oīno ɔiungunt̄: que ſcdm̄ accn̄s. In has aūt ſpēs amicitia diſtributa. pꝛaui q̄dē erūt amici ꝓpter delectatiōē vel vtile ſic ſil'es exiſtētes. Boni aūt ꝓpter ſeipſos amici. ſcdȝ ꝙ. n. boni. Iſti q̄dem igitur ſimpl'r amici. Illi aūt ſcdm̄ accidens. ⁊ in aſſimilari his.

¶ Epilogat q̄ dicta ſunt de ſpēbus amicitie: ⁊ dicit ꝙ plures ſunt amicitie ſpēs: ⁊ ꝑmo q̄dem ⁊ ꝑncipal'r eſt amicitia bonoꝝ ſm̄ ꝙ ſunt boni. reliqe aūt amicitie dn̄r ſm̄ ſil'itudinē eius. intantū. n. dn̄r ſm̄ illas amicitias aliqui amici: inquantū eſt ibi aliq̄ ſil'itudo vere amicitie. manifeſtū eſt. n. ꝙ delectabile videt̄ eſſe q̄dā bonū amatoꝛibus delectationū: ⁊ ita hec amicitia hȝ aliq̄ȝ ſil'itudinē ei⁹: q̄ eſt ſimpl'r bonū: ⁊ eadē rō eſt de amicitia vtilis: nec tn̄ he due amicitie ſemper coniunguntur. vt. ſ. ſint idem amici ꝓpter vtile ⁊ delectabile: quia ea que ſunt per accidens nō ɔiūgunt̄ vniuerſaliter: vt muſicū ⁊ albū: ꝑdicte aūt amicitie ſunt ꝑ accn̄s. ſicut. ſ. dcm̄ eſt. vn̄ nō ſemper ɔiūgunt̄. ſic igit̄ cū in ꝑdictas ſpēs amicitia diuidat̄: mali pn̄t ſibiinuicē eſſe amici: iquantū. ſ. ſunt ſibi ſil'es in altero hoꝝ: ſȝ ſoli boni ſunt ſimpl'r amici. alij aūt ſunt amici ſm̄ ſil'itudinē. iquantū. ſ. aſſimilant̄ bonis.

QUemadmodū aūt in virtutib⁹. hi q̄dē ſm̄ habitū. hi aūt ſcdm̄ oꝑatiōē boni dicunt̄. ſic ⁊ ī amicitia. hi q̄dē. n. ɔuenientes gaudēt adinuicē ⁊ tribuūt bona. Hi aūt doꝛmiētes vl' ſeꝑati locis: nō oꝑantur q̄dē. ſic aūt hn̄t vt oꝑari amicabil'r. loca. n. nō diſſoluūt amicitiā ſimpl'r: ſȝ oꝑationē.

¶ Poſtq̄ȝ ph̄s diſtīxit ſpēs amicitie. hic determiat de eis ꝑ ɔꝑatiōē ad actū ꝓpꝛiū amicitie. Et circa h̄ duo facit. ꝑ̊ diſtīguit amicitiā ꝑ hitū ⁊ actū. 2° ꝓbat q̄d ſuppoſuerat. ibi (Aſſil'at̄ aūt amatio ⁊c̄.) Circa ꝑm tria facit. ꝑ̊ diſtīguit amicitias ꝑ hitū ⁊ actū. 2° oñdit: ꝙ q̄dā ꝑuant̄ amicitia ꝑꝑ defectū act⁹. ibi (Si āt diuturnā ⁊c̄.) 3° oſtēdit amicitiā bonoꝝ maximā eē ex rōne ipſi⁹ act⁹ amicitie. ibi (Maxie q̄dē igit̄ ⁊c̄.) Dicit ḡ ꝑ̊ ꝙ ſicut eſt ī alijs v̾tutib⁹ ꝙ q̄dā dn̄r boni. i. v̾tuoſi ſm̄ habitū. puta foꝛtes vl' libāles: ēt qn̄ actū v̾tutis nō exercēt. q̄dā v̾o dn̄r v̾tuoſi ſm̄ hoc ꝙ actu exercēt oꝑōnē v̾tutis: ita ēt eſt ⁊ in amicitia ꝙ q̄dā dn̄r actu amici īquantū ɔuiuunt cū delectatione adīuicē: ⁊ ſibiinuicē bn̄ faciunt q̄ duo dn̄r ꝑtinere ad actū amicitie. q̄dā v̾o nō oꝑant̄ actu oꝑa amicitie: ſȝ

tñ ſic ſunt diſpoſiti ſm habitũ vt inclinent ad opãdũ hõ opera. ſicut pʒ de amicis qñ dormiunt: vel qñ abinuicẽ loco ſeparant. nõ. n. ipa amicitia ſimplr diſſoluit ꝑpter diſtantiã locoꝝ: ſʒ ſola amicitie opõ: ⁊ ſic pʒ ꝙ amicitia remanet ꝑ habitũ: ẽt opõne ceſſante. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Si aũt diuturna abſentia fiat: ⁊ amicitie videt obliuionẽ facere. vñ dcm̃ eſt. mltas vtiqʒ amicitias nõ appellatio diſſoluit.

¶ Oñdit quõ in qbuſdã deficit amicitia ꝑpter defectuʒ actus. Et pº oñdit ꝑpoſitũ. Scdo ꝓbat qd ſuppoſuerat. ibi. (Nihil. n. ſic eſt ⁊c.) Oñdit aũt ꝑpoᵐ circa tria gnã hoĩum. Primo qdẽ circa eos q diu abĩuicẽ ſeparant. vñ dicit ꝙ ſi abſentia amicoꝝ abĩuicẽ ſit diuturna videt facere obliuioneʒ amicitie ꝓcedentis. Sicut ⁊ alij hitus ꝑ diſſuetudinẽ operãdi debilitant ⁊ tãdẽ deficiunt: opʒ. n. ſicut hitus per ɔſuetudinẽ operũ acqrunt: ita ꝑ idẽ ɔſeruent. nã vnũqdqʒ ɔſeruat per ſuã cãm. ⁊ iõ dcm̃ eſt in ꝓuerbio: ꝙ multe amicitie diſſoluunt per hoc ꝙ vnº aliũ nõ appellat: ⁊ nõ collogt ⁊ ɔuiuit alteri. ¶ Scdo ibi.

¶ Nõ vñr auteʒ neqʒ ſenes neqʒ ſeueri amatiui eſſe. ꝑpter nõ hẽre in ipſis qd dilectiõis. Nullus aũt põt per diẽ cõmorari cũ triſti: neqʒ cuʒ nõ delectabili. Maxime. n. natura videt triſte qdẽ fugere. appetere aũt delectabile.

¶ Oñdit idẽ circa ſenes ⁊ ſeueros: ⁊ dicit ꝙ neqʒ etiaʒ ſenes: neqʒ ſeueri. i. hoĩes auſteri in vbis ⁊ ɔuictu: vñr eſſe amatiui. i. apti ad amicitiam: ꝑpter hoc. ſ. ꝙ nõ ſunt apti ad amicitie actũ: qui eſt ɔuiuere. parũ. n. ĩuenit in eis de delectatiõe. ⁊ iõ nõ pñt de facili ɔuiuere: qꝛ nullus põt ꝑ diẽ. i. per lõgũ tps morari cũ hoĩe q ɔtriſtat vel cũ eo qui nõ delectat. maxĩe. n. videt ſm nãm hoibus ⁊ alijs aĩalibus: ꝙ fugiãt triſtitiã ⁊ appetãt delectatõeʒ: q̃ nihil aliõ eẽ videt q̃ʒ ges appetitus in bono deſiderato. ¶ 3º ibi.

¶ Qui aũt recipiunt adinuicẽ. nõ ɔuiuẽtes aũt beniuolis aſſimilat magis q̃ʒ amicis.

¶ Oñdit idẽ circa 3ᵐ genus hoĩuʒ: q. ſ. recipiũt ſe adĩuicẽ in hoc. ſ. ꝙ vnus acceptat mores ⁊ ɔuerſationẽ alteriº: ⁊ tñ ꝑpter aliq̃ cãm nũq̃ ɔuiuũt adĩuiceʒ: ⁊ dicit ꝙ tales magis ſunt ſiſes beniuolis q̃ʒ amicis: qꝛ amicitia ɔuictũ per aliqd tps reqrit. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Nihil. n. ſic eſt amicoꝝ vt ɔuiuere. vtilitateʒ qdẽ. n. indigẽtes appetũt. cõmorari aũt ſimul ꝑ diem etiã beati. Solitarijs qdeʒ. n. eſſe his nequaq̃ ɔuenit. ɔuerſari aũt adinuicẽ nõ eſt non delectabiles exiſtẽtes: neqʒ gaudẽtes eiſdẽ qd cõnutritiua videt habere.

¶ Probat qd ſuppoſuerat. ſ. ꝙ ɔuiuere reqrat ad amicitiã. ſicut ꝑprius actus eius: ⁊ dicit ꝙ nihil eſt ꝑpriºamicoꝝ. ſicut ɔuiuere. poſuit. n. duo ſupra ad actuʒ amicitie ꝑtinere. ſ. ɔuiuere ⁊ tribuere ĩuicẽ bona: qd eſt vtilitateʒ afferre amico: quã qdẽ vtilitatẽ nõ oẽs in amicis q̃runt: ſʒ ſoli ĩdigẽtes: ſʒ morari ſil per diẽ. i. per aliqd lõguʒ tps cũ amicis appetunt. etiã beati. i. hoĩes in bonis abũdantes: qbus nõ ɔuenit: ꝙ ſint ſolitarij: nec pñt ſimul hoĩes adĩuicẽ ɔuerſari: ſi nõ ſint ſibi mutuo delectabiles: ⁊ nõ gaudeãt in eiſdẽ: que duo ĩueniunt in amicitia eoꝝ qui ſũt ſimul nutriti. ſic g̃ pʒ ꝙ precipuus actus amicitie eſt ɔuiuere amico. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Maxime qdẽ igit eſt amicitia que bonoꝛuʒ. queadmodũ multotiens dcm̃ eſt. videt enim amabile quidẽ ⁊ eligibile qd ſimplr bonũ vel delectabile. vnicuiqʒ auteʒ qd ipſi tale. bonus aũt bono propter ambo hec.

¶ Cõcludit ex premiſſis ꝙ ſit maxima amicitia illa que eſt bonoꝝ. ſicut iã pluries dcm̃ eſt. hoc. n. videt eſſe amabile ⁊ eligibile ſm ſe ⁊ ſimplr: qd eſt ſimplr bonũ vel delectabile: ſʒ vnicuiqʒ eſt amabile ⁊ eligibile: qd eſt tale. ſ. bonũ vel delectabile quãtũ ad ipſum: ſed vnus v̾tuoſus eſt amabilis ⁊ eligibilis alteri ꝑpter h̾ ambo: qꝛ. ſ. vterq̃ eſt bonus ⁊ delectabilis ſimpliciter: ⁊ vterqʒ eſt bonº ⁊ delectabilis alteri. vñ maxime poſſunt virtuoſi delectabiliter adĩuicẽ ɔuiuere. ¶ Deĩde cũ dicit.

¶ Aſſimilatur enim amatio quidem paſſioni. Amicitia autem habitui.

¶ Probat qd ſuppoſuerat. ſ. ꝙ amicitia nõ ſolũ dicat ſm actũ: ſʒ etiã ſm habitũ. Et circa hoc tria facit. Primo ꝓponit qd itendit: ⁊ dicit ꝙ amatio videt importare paſſionẽ: ſed amicitia videt iportare habituʒ ⁊ eſſe ſimilis alijs habitibus. ¶ Secundo ibi.

¶ Amatio. n. nõ minus ad inaniata eſt. Redamant aũt cũ electiõe. Electio aũt ab habitu.

¶ Probat ꝑpoᵐ duabus rõnibº. Quarũ pma eſt ꝙ amatio ſimplex põt eſſe etiã ad inaniata. ſicut dicimur amare vinũ vel auꝝ: ſʒ redamare: qd ꝑtinet ad rõnem amicitie. vt. ſ. dcm̃ eſt: cũ electiõe nõ eſt niſi rõnabiliũ adinuiceʒ: qd aũt fit ex electiõe nõ fit ex paſſiõe: ſʒ magis ab habitu. g̃ amicitia eſt hitus. ¶ Scdam rõnẽ ponit ibi.

¶ Et bona volunt amicis. illoꝝ gratia non ſm paſſionem: ſed ſecundum habitum.

¶ Et dicit ꝙ hoĩes volunt ſm amicitiaʒ bona amicis ꝑpter ipſos amicos. nã ſi eis vellẽt bona ꝑpter ſeipos: hoc magis eſſet diligere ſe q̃ʒ alios: amare aũt alios eoꝝ gratia nõ eſt ſm paſſionẽ: qꝛ paſſio cũ pertineat ad appetitũ ſenſitiuũ nõ excedit ꝓpriũ bonũ amãtis. vñ relinqtur ꝑꝑ hoc ꝙ ſit ſm hitũ: ⁊ ſic amicitia eſt hitus. ¶ 3º ibi.

¶ Et amãtes amicũ ꝙ ipſis bonum amãt. bonus enim amicus factus. bonũ fit cui amicus. Vterqʒ igit amat ⁊ qd ipſi bonũ ⁊ eſſe tribuit volũtati ⁊ ſpẽi. dr̃. n. amicitia equalitas. maxime itaqʒ ei que bonoꝛum hec exiſtunt.

¶ Rñdet cuidã obiectiõi tacite. dcm̃ eſt. n. ſ. ꝙ vnicuiqʒ eſt amabile: qd eſt bonũ: ɔ qd videt eſſe ꝙ hõ amat amicũ illius gratia: ſʒ ipſe rñdet ꝙ illi q amant amicũ amãt id qd eſt bonũ ſibiipſis. nã qñ ille qui eſt bonus in ſe eſt factus amicus alicui: fit etiã bonũ amico ſuo. ⁊ ſic vterqʒ dũ amat amicũ: amat qd ſibi bonuʒ eſt: ⁊ vterqʒ retribuit equale ſuo amico: ⁊ q̃tũ ad volũtatẽ: iquãtũ. ſ. vult ei bonũ: ⁊ quantũ ad ſpẽm voluntatis: iquantũ. ſ. vult ei bonũ nõ ſui: ſʒ illius gratia: qꝛ amicitia quedã equalitas eſt: inquãtũ. ſ. reqrit mutuã amationẽ: ⁊ hoc videt addere ſupra modũ v̾tutis. nã in q̃libet v̾tute ſufficit actus v̾tuoſus: ſʒ in amicitia nõ ſufficit actus vnius: ſed opʒ ꝙ ɔcurrant actus duoꝝ mutuo ſe amantiũ. ⁊ iõ phus nõ dixit abſolute ꝙ eſt v̾tus: ſed addidit. vel cuʒ virtute: qꝛ videt aliqd addere ſupra rõnẽ v̾tutis. hec aũt q̃ dicta ſunt de amicitia maxime vñr iueniri in amicitia bonoꝝ.

In ſeueris auteʒ ⁊ ſenibus minus fit amicitia: quãto magis diſcoli ſunt ⁊ minus colloquijs gaudent. hec enim maxime vident eſſe amicabilia ⁊ fa/

ctiua amicitie. ꝑpter qꝺ iuuenes fiũt amici cito. ſenes autez nõ. Non.n.fiunt amici quibus vtiq̧ nõ gaudẽt. Similr aũt neq̧ vtiq̧ ſeueri: ſed tales beniuoli ſunt adinuicez. volunt.n.bona ⁊ obuiãt ad neceſſitates. amici aũt nõ oĩno ſunt ꝑpter nõ cõmorari: neq̧ gaudere adinuicem: que vtiq̧ maxime eſſe vñr amicabilia.

¶ Poſtq̃ phus diſtinxit diuerſas amicitie ſpẽs. Hic determiat de hꝰ amicitijs per cõparationẽ ad ſubm qꝺ ſũt ipſi amici. Et circa hoc tria facit. Primo.n. agit de aptitudine ⁊ ieptitudine quorundã ad amicitiaz. Scꝺo agit de multitudine amicoꝝ.ibi.(Multis.n.eẽ ⁊c̃.) Tertio de diſtinctiõe eoꝝ.ibi.(Que aũt in potẽtibꝰ ⁊c̃.) Dicit g̊ p̄o. ꝙ in hoĩbus ſeueris ⁊ ſenibus tanto minus fit amicitia q̃to magis ſunt diſcoli: ꝙ.ſ. de ſeipſis p̄ſumentes ſenſuz ſuũ ſequunt̄. ⁊ iõ cũ alijs ↄcordare nõ pñt. minus aũt gaudẽt colloquijs alioꝝ. tũ q2 ſibiipſis itendunt. tum ꝑpter ſuſpitionẽ quã de alijs hñt. Iſta aũt maxime videntur eſſe amicitie opera ⁊ cãtiua ipſius.ſ. ↄcordia ⁊ colloquium amicoꝝ: ⁊ inde eſt ꝙ iuuenes qui multũ in colloquijs gaudẽt: ⁊ de facili alijs aſſentiũt cito fiũt amici: qꝺ nõ ↄtingit de ſenibus. nõ.n. pñt fieri amici illis de quoꝝ ↄuictu ⁊ colloquio nõ gaudẽt: ⁊ eadez rõ eſt de ſeueris q̧.ſ. ſunt litigioſi ⁊ mordaces eoꝝ que ab alijs agunt̄. tales aũt.ſ. ſenes ⁊ ſeueri pñt eſſe beniuoli: iquantũ alijs bona volunt in affectu: ⁊ etiã in effectu ſubueniũt ⁊ in neceſſitatibus: nõ tñ fiunt vere amici ꝑpter hoc ꝙ nõ ↄuiuunt neq̧ gaudẽt in ſocietate amicoꝝ: que maxime videntur eſſe amicitie opera. ¶ Deinde cum dicit.

5m **¶ Multis aũt eſſe amicũ ſm perfectã amicitiã nõ contingit. quẽadmodũ neq̧ amare multas ſimul. aſſimilatur enim ſuperabundantie. tale aũt ad vnum natum eſt fieri.**

¶ Agit de multitudine amicoruz. Et circa hoc tria facit. Primo.n. oñdit ꝙ ſm perfectã amicitiã que eſt bonoꝝ nõ contingit hẽre multos amicos. Scꝺo oñdit ꝙ hoc in alijs duabus amicitijs ↄtingit: que.ſ. ſunt ꝑpter vtile et delectabile.ibi.(Propter vtile aũt ⁊c̃.) Tertio cõparat vtroſq̧ amicos adiuicẽ.ibi (Hoꝝ aũt magis.) Oñdit g̊ p̄mo ꝙ ſm perfectã amicitiã: que eſt ꝑpter bonũ v̄tutis nõ ↄtingit aliquẽ multis eſſe amicũ tribus rõnibꝰ. Quarũ p̄ma eſt: q2 cũ talis amicitia ſit ꝑfecta ⁊ maxima: hʒ ſimilitudinẽ cuiuſdã ſuperabundãtie in amãdo.ſ. ſi ↄſideret̄ q̃titas amoris: ſʒ ſi ↄſiderat̄ ratio amandi nõ põt eẽ ſuperabũdãtia. nõ.n. ↄtingit virtutẽ ⁊ virtuoſuz ab alio virtuoſo: q̧ rõne ordinat ſuos affectus: nimis amari. ſuperabundans aũt amor nõ eſt natus fieri ad multos: ſed ad vnũ tantũ. ſicut pʒ in amore venereo ſm quẽ nõ ↄtingit ꝙ vnus homo ſimul multas mulieres ſuperabũdanter amet. g̊ perfecta amicitia bonoꝝ nõ põt haberi ad multos. ¶ Secundã rõnem ponit ibi.

¶ Multas aũt ſimul eidem placere valde non facile. forte autem neq̧ bonum eſſe.

¶ Que talis eſt. ſm perfectã amicitiã amici valde iuicẽ ſibi placent: ſʒ nõ eſt facile ꝙ ſimul eidem multi valde placeãt: q2 nõ multi inueniunt̄: in quibus nõ inueniatur aliqd qꝺ diſpliceat homini aliqualr affecto propter multos defectus hominũ ⁊ ↄtrarietates eoꝝ adinuicem. ex quo fit: vt dũ vnus multũ placet alijs multũ placere nõ poſſit. forte etiã nõ eſſet bonũ ⁊ expediẽs: vt vni homini multi valde placerent: q2 duz multis ↄuiueret nõ poſſet ſibiipſi intendere: nõ g̊ ſm perfectã amicitiã ſunt multi amici. ¶ Tertiã rõnem ponit ibi.

¶ Oportet autez ⁊ experientiam accipere ⁊ in ↄſuetudine fieri: qꝺ omnino difficile.

¶ Que talis eſt. in amicitia ꝑfecta oʒ ex aſſuetudine experiẽtiã accipe de amico. hoc aũt eſt valde difficile: ⁊ ſic nõ põt in multis ↄtingere. nõ g̊ ſm ꝑfectã amicitiã ſunt plures amici. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter vtile aũt ⁊ delectabile multis placere contingit. multi eni tales ⁊ in pauco tempore miniſtrationes. 6m

¶ Oñdit ꝙ in alijs duabus amicitijs: que.ſ. ſunt propter vtile ⁊ delectabile ↄtingit ꝙ hõ habeat multos amicos: q̧bus placeat: ⁊ hoc ꝑpter duo. Primo qdẽ: q2 multi iueniunt̄ tales qui poſſunt eſſe vtiles ⁊ delectabiles. Secũdo q2 non requirit̄ experientia longi temporis: ſed ſufficit ad tales amicitias vt in pauco tempore ſibiinuicem ſubminiſtrent vt delectationem: vel etiam aliquã vtilitatem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Horum autem magis videtur amicitia que propter delectabile cum eadem ab ambobus fiant ⁊ gaudeant adinuicem vel eiſdez quales iuuenum ſunt amicitie.

¶ Cõparat amicos duarũ amicitiarũ adinuicez. Et p̄mo ꝑponit qꝺ itendit: ⁊ dicit ꝙ inter amicos predictos qui poſſunt eſſe multi magis videt̄ eſſe amicitia eoꝝ qui ꝑpter delectabile ſunt amici. ſi tñ idẽ fiat ab ambobus. vt.ſ. vterq̧ alteri exhibeat delectationem. ſic.n. in eiſdem adinuicẽ gaudent: qꝺ eſt ꝓpriũ amicitie. eſt.n. ſignum ꝙ ſint eoꝝ vna que in eiſdẽ gaudent: ſed non ↄtingit qñ ex vna ꝑte exhibet̄ delectabile ⁊ ex alia parte vtile. Sunt aũt tales amicitie iuuenuz: qui.ſ. propter delectabile ex alia parte ſe amant. ¶ Secundo ibi.

¶ Magis quidẽ enim in his liberale. Que autem ꝑpter vtile negociatorum.

¶ Propoſitum ꝓbat duabus rationibus. Quaruz p̄ma eſt ꝙ in amicitia delectabilis amici magis liberaliter ſe amant q̃ in amicitia vtili in qua req̄rit̄ recõpenſatio lucri: ⁊ ſic hꝰ amicitia videt̄ eſſe.q. negociatio quedaz: ⁊ ita amicitia que eſt ꝑpter delectabile eſt potior vtpote ſimilior perfecte amicitie: que eſt maxime liberalis inquantum ſecundum ipſam propter ſe amici amantur. ¶ Secundã rationem ponit ibi.

¶ Et beati aũt vtilibus quidem nihil indigent delectabilibus aũt. conuiuere.n. volunt aliquibus. triſte aũt paucum quidez tempus ferunt. continue autem vtiq̧ nullus ſuſtineret: neq̧ ipſum bonum ſi triſte ipſi erit.

¶ Que talis eſt. hoĩes beati.i. homines abundãtes nõ indigent vtilibus amicis: q2 beati ſunt ſibi ſufficientes. Indigent aũt amicis delectabilibus: q2 opʒ ꝙ aliquibꝰ ↄuiuant ꝙ nõ põt fieri ſine delectatione. ſuſtinent.n. homines aliquid triſte per modicũ tempus: ſed nullus poſſet ↄtinue aliqd cũ triſtitia ſuſtinere: neq̧ etiã ipſum bonuz honeſtũ ſi eſſet ei triſte: ⁊ inde eſt ꝙ hoĩes qui nõ delectant̄ in operibus virtutis nõ poſſunt in eis perſeuerare. ſic g̊ pʒ ꝙ amicitia delectabilis potior eſt q̃ amicitia vtilis. vtpote pluribꝰ ⁊ melioribꝰ nec̃ia. ¶ Tertio ibi.

¶ Propter qꝺ amicos delectabiles querunt. opʒ autẽ forte ⁊ bonos tales exñtes: ⁊ adhuc

ſibiipſis exiſtūt quecūqꝫ opoꝛtet amicis.

℄ Infert quoddā coꝛrelariū ex dictis: qꝛ eniꝫ bonū boneſtū ſi ſit triſte nō pōt aliqs ꝯtinue ſuſtinere: Inde etiam eſt ꝙ amicos ꝓpter virtutes: opꝫ eſſe delectabiles inuicem: opꝫ etiā inſup ꝙ ſicut ſunt boni in ſe: ita etiā ſint boni ſibiinuicem. ſic eniꝫ habebunt que reqꝛuntur in amicitia. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Qui aūt in potētibus diuiſis videnť vti amicis. alij enim ipſis ſunt vtiles: ⁊ alteri delectabiles. ambo autem idem nō omnino.

℄ Agit de diſtinctōe amicoꝝ. Et circa hoc tria facit. Primo ꝓponit qꝺ intendit. ſ. ꝙ homies qui ſunt in poteſtatibus ꝯſtituti vtunť diuerſis amicis: ita. ſ. ꝙ alij amicoꝝ ſunt eis vtiles ⁊ alij delectabiles: nō aūt ꝯtingit de facili ꝙ iidē hoīes ſint eis amici vtroqꝫ mō. ℄ Secūdo ibi.

℄ Neqꝫ. n. delectabiles cū virtute querūt: neqꝫ vtiles in bona: ſꝫ hos qdē eutrapelos delectabile appetētes. hos aūt dinos operari qꝺ p̄ceptū eſt. hec aūt nō oīno fiunt in eodem.

℄ Probat ꝓpoſitū: qꝛ. ſ. hꝰ potentes nō querunt delectationes ſm v̄tutē. hec. n. delectatio hꝫ vtilitatē annexaꝫ: neqꝫ etiā querūt vtiles ad bona honeſta: que quideꝫ vtilitas hꝫ delectationē adiunctā: ſed ad delectationeꝫ appetunt quoſdā eutrapellos. i. luſiuos. puta hiſtriones: cā v̄o vtilitatis appetūt amicos quoſdā deinos. i. īduſtrioſ ad exequēdū quodcūqꝫ preceperit: ſiue ſit bonū: ſiue ſit malū. iſta aūt duo nō fiunt in eodē. ſ. induſtria ⁊ iocularitas: qꝛ hoīes īduſtrij nō dant ſe iocis: ſꝫ ſerijs. vñ pꝫ ꝙ potentes hn̄t amicos diuerſos. ℄ Tertio ibi.

℄ Delectabilis autem ⁊ vtilis ſimul dictuꝫ eſt qm̄ ſtudioſus. Sed ſuperexcellēti non fit talis amicus. ſi nō ⁊ virtute ſuperexcelleť. ſi aūt non adequat ſm analoguꝫ ſuperexceſſus. nō oīno aūt conſueuerunt tales fieri.

℄ Rñdet cuidā obiectioni. poſſet. n. aliquis dicere ꝙ potentibus ſunt amici ideꝫ ⁊ delectabiles ⁊ vtiles: qꝛ ſicut ſupra dcm̄ eſt. ſtudioſus. i. v̄tuoſus eſt ſimul ⁊ delectabilis ⁊ vtilis: ſꝫ ipſe rñdet ꝙ v̄tuoſus nō fit amicus homini ſuperexcellenti in potētia vel diuitijs: niſi etiaꝫ v̄tuoſus ſuperexcellať a potentioꝛi in v̄tute: ſꝫ ſi hoc nō ꝯtingit ille potētioꝛ q eſt ſupexceſſus in virtute non adequat ſibi analogū. i. nō recōpēſat v̄tuoſo ſm ꝓpoꝛtionē. vt. ſ. ſicut v̄tuoſus defert ei vt potētioꝛi: ita ipſe deferat v̄tuoſo vt melioꝛi. vtplurimū. n. hoīeſ quantū excellūt in potentia ⁊ diuitijs tm̄ eſtimāt ſe melioꝛes: nō aūt ꝯſueuerūt īueniri tales potētes qui etiā in v̄tute excedāt: aut v̄tuoſo deferant tāqꝫ melioꝛibus. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Sunt autem igitur dicte amicitie in equalitate. eadem enim fiunt ab ambobus ⁊ volunt adinuicem: vel alterū pꝛo altero cōmutant puta delectationem pꝛo vtilitate.

℄ Oñdit ꝙ pꝛedicte amicitie ſpēs in equalitate ꝯſiſtūt. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝓpoſitum cōcludens ex pꝛemiſſiſ: ꝙ pꝛedicte amicitie in equalitate conſiſtunt: ⁊ quia de amicitia: que eſt pꝛopter bonuꝫ hoc eſt manifeſtum: pꝛobat pꝛopoſitum in amicitia vtili ⁊ delectabili: qꝛ. ſ. vel eadē volunt ⁊ faciūt ſibiinuicē. ſ. recompenſantes delectationē delectatiōi: aut vtilitatē vtilitati: vel cōicant alterum ꝓ altero. ſ. vtilitatē ꝓ delectatiōe: aut econuerſo. ℄ Secundo ibi.

℄ Quoniā aūt ⁊ minus ſunt he amicitie ⁊ manent: dcm̄ eſt. videnť aūt ⁊ per ſimilitudineꝫ ⁊ diſſimilitudinem eiuſdē ⁊ eſſe ⁊ nō eſſe amicitie. ſm ſimilitudinē. n. eius que eſt ſm virtutē videnť amicitie. hec quidē. n. delectabile habꝫ. hec aūt vtile. hec aūt exiſtunt ⁊ illi. In eo autē qꝺ eſt hanc quidē impermutabilē ⁊ manſiuaꝫ eſſe. has autem velociter tranſcendere. alijſqꝫ differre multis nō videntur amicitie pꝛopter diſſimilitudinem illius.

℄ Oñdit qūo due ſpēs ſe hēant ad rōnem amicitie: ⁊ minus permanent: qꝛ perfecta amicitia que eſt bonoꝝ: ſm cuius ſimilitudinē ⁊ diſſimilitudineꝫ videnť eſſe amicitie ⁊ nō eſſe. inquātū. n. habēt ſimilitudinē ad perfectaꝫ amicitiā videnť eſſe amicitie: ꝓut. ſ. vna earū hꝫ delectabile vtrūqꝫ: ſed ad quantuꝫ ſic diſſimiles ꝓut. ſ. perfecta amicitia eſt īmutabilis ⁊ permanſiua. alie v̄o velociter tranſmutanť. differunt etiam in multis alijs vt ex pꝛedictis patet: ⁊ pꝛopter hanc diſſimilitudinem non videntur eſſe vere amicitie.

Ltera aūt amicitie eſt ſpecies que ſm ſuperexcellentiā. puta patri ad filiuꝫ ⁊ totaliter ſenioꝛi ad minoꝛē viroqꝫ ad vxoꝛē ⁊ omni imperāti ad īperatū.

℄ Poſtqꝫ phus diſtinxit ſpecies que in equalitate conſiſtunt. Hic diſtinguit ſpecies amicitie: que eſt inter equales perſonas. Et circa hoc duo facit. Primo determinat ea que in cōi pertinent ad taliū amicitiarū diſtinctiōeꝫ. Secundo determinat de diſtinctiōe harum amicitiarū ſm ſpāles eoꝝ rōnes. ibi. (Videť queadmodū aūt ⁊c̄.) Circa p̄muꝫ duo facit. Primo agit de amicitijs ſupexcedentis ad ſuperexceſſuꝫ. ſicut patris ad filiums. viri ad vxoꝛem. Secūdo agit de amicitijs: que ſunt inter cōtrarios vt: pauperē ⁊ diuitē ⁊ hꝰ. ibi (Ex contrarijs aūt ⁊c̄.) Circa p̄mum tria facit. Primo diſtinguit hꝰ amicitie genus a pꝛecedētibus amicitijs. Secūdo diſtiguit hꝰ amicitias abinuicem. ibi. (Differunt aūt ⁊c̄.) Tertio oſtendit qūo hꝰ amicitie conſeruenť. ibi. (Eadem quidē vtiqꝫ ⁊c̄.) Dicit ergo p̄mo. poſtqꝫ preter p̄dictas amicitias: quas diximus in equalitate cōſiſtere: eo ꝙ ſunt ſimiliū ſm virtutē vel vtilitatē vel delectationē: eſt quedā alia ſpecies amicitie: que eſt ſm ſuperabundantiā. inquātuꝫ. ſ. vna perſona excedit aliā: ſicut amicitia que eſt patris ad filiū: ⁊ vl'iter ſenioꝛis ad iunioꝛeꝫ: ⁊ viri ad vxoꝛem: ⁊ vl'iter omnis qui hꝫ imperium ſuper aliquē ad eū ſuper quē hꝫ imperium. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Differunt aūt hec adinuicē. nō. n. eadem parentibus ad filios. ⁊ imperantibus ad imperatos. ſed neqꝫ patri ad filiū ⁊ filio ad patrem. ⁊ neqꝫ viro ad vxoꝛē. ⁊ neqꝫ vxoꝛi ad virū.

℄ Ponit differentiā harum amicitiarū adinuicē: ⁊ p̄mo ponit qꝺ intendit: ⁊ dicit ꝙ hꝰ amicitie differunt ſpecie abinuicē. Et aſſignat duas differētias. vna quidē ſecundum diuerſas relationes ſuperabundantie. Alia. n. eſt amicitie ſpēs patris ad filios: ⁊ alia imperantis ad ſubditos quibus imperat. alia vero differentia eſt ſecundū diuerſam relationem excedentis ⁊ exceſſi. non enim eadem eſt amicitia patris ad filiuꝫ ⁊ filij ad patrē: neqꝫ eadeꝫ eſt viri ad vxoꝛē ⁊ vxoꝛis ad maritū. ℄ Scd̄o ibi.

℄ Altera. n. vtiqꝫ boꝛum virtus ⁊ opus.

¶ Oñdit ꝓpoſitũ duabus rõnibus. Quarũ pͥma eſt: qꝛ cũ amicitia dicat̃ ſm habitũ ⁊ ſm actuʒ: neceſſe eſt ꝙ cuilibet amico inſit aliqua habitualis virtus ad exequendũ ea que ſunt amicitie: ⁊ etiã ipſum opus amicitie. manifeſtum aũt eſt in ſingulis p̃dictoꝝ ꝙ nõ eſt idem opus. puta patris ad filiũ ⁊ viri ad vxorẽ: aut etiã filij ad patrẽ: ⁊ per ꝯñs nõ eſt eadẽ virtus. g̊ etiaʒ ſunt diuerſe amicitie. ¶ Scd̃am rationem ponit ibi.

¶ Altera auteʒ ⁊ propter que amant. altere igitur ⁊ amationes ⁊ amicitie.

¶ Que talis eſt in p̃dictis amicitijs inueniunt̃ diuerſe rationes: ꝓpter quas amant. alia .n. rõne pater amat filiuʒ ⁊ filius patrẽ. ⁊ vir vxorẽ: ſed ſm diuerſas rões amandi ſunt diuerſe amationes. ⁊ per cõſequens diuerſe amicitie. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eadem quidẽ vtiqʒ neqʒ fiunt vtiqʒ ab vtroqʒ: neqʒ oportet queri. Cum autẽ parentibus quidem filij retribuunt: que oportet generantibus. parentes autem filijs que oportet filijs. manſiua talium ⁊ epyiches erit amicitia.

¶ Oñdit qũo p̃dicte amicitie conſeruant̃. Et pͥmo oñdit ꝙ ꝯſeruant̃ per hoc ꝙ inuiceʒ ſibi exhibent que opʒ ſm amare ⁊ amari. Secũdo oñdit qũo amare ⁊ amari ſe habeant ad amicitiã. ibi. (Multi aũt vident̃ ⁊c̃.) Circa pͥmũ tria facit. Primo oñdit qũo p̃dicte amicitie ꝯſeruãtur per hoc ꝙ ſibiinuicẽ exhibent que opʒ. Scd̃o oñdit ꝙ iſta ꝯſiderant̃ ſm analogiaʒ. ibi. (Analogon aũt ⁊c̃.) Tertio oñdit qũo hoc diuerſimode competat iuſtitie et amicitie. ibi (Non ſilr̃ aũt ⁊c̃.) Dicit ergo pͥmo: ꝙ in his amicitijs nõ fiunt eadẽ ab vtraqʒ parte amicoꝝ: neqʒ ẽt opʒ eadẽ requirere que aliquis facit. ſicut filius nõ dʒ requirere a patre reuerentiã: quã ei exhibet. ſicut in predictis amicitijs ꝓ delectatione requirebat̃ delectatio: ⁊ ꝓ vtilitate vtilitas: ſed qñ filij exhibẽt parentibꝰ que opʒ exhibere pͥncipijs ſue generatiõis: ⁊ parentes exhibẽt filijs que opʒ exhibere a ſe genitis: taliũ amicitia erit permãſiua ⁊ epyches. i. v̓tuoſa. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Analogon autem ſi omnibus ſm ſuperexcedentiam exiſtentibus amicitijs ⁊ amationem opʒ fieri. puta meliorem magis amari q̃ʒ amare. ⁊ vtiliorem ⁊ alioꝝ vnũquodqʒ ſimilr̃. cuʒ eniʒ ſm dignitatẽ amatio fiat. ⁊ fit aliqualiter equalitas: qđ vtiqʒ amicitie eſſe videt̃.

¶ Oñdit qualiter exhibeat̃ qđ opʒ in his amicitijs: ⁊ dicit ꝙ in omnibus amicitijs: que ſunt ſm ſuperabundantiã vnius perſone ad aliam opʒ fieri amationẽ ſm ꝓportioneʒ: vt. ſ. melior plus amet̃ q̃ʒ amet: ⁊ ſimilis ratio eſt de vtiliori ⁊ delectabiliori vel qualitercũqʒ aliter excellentiori: cũ vterqʒ amat̃ ſm dignitatẽ: tunc fiet quedam equalitas. ſ. proportionis: que videtur ad amicitiaʒ pertinere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non ſimilr̃ enim equale ⁊ in iuſtis ⁊ in amicitia videtur conuenire. Eſt eniʒ in iuſtis quidem equale. primo ꝙ ſm dignitateʒ. qđ auteʒ ſm quantum ſecundo. In amicitia autem qđ quidem ſm quantum primo. quod autem ſecundum dignitatem ſecnndo.

¶ Oñdit qũo hoc diuerſimode cõueniat iuſtitie ⁊ amicitie. Et pͥmo ponit differentiã. Secũdo manifeſtat per ſignũ. ibi. (Manifeſtũ aũt ⁊c̃.) Tertio ſoluit quandã dubitationem. ibi. (Et vñ dubitat̃ ⁊c̃.) Dicit ergo pͥmo: ꝙ equalitas ⁊ ꝓportio que ſm dignitatẽ attendit̃ nõ ſimiliter ſe hʒ in iuſtitia ⁊ amicitia. nã ſicut ſupra in quito dictum eſt: circa iuſtitiã opʒ ꝙ pͥmo attendat̃ vel eſtimet̃ dignitas ſm ꝓportionẽ: ⁊ tunc fiet cõmutatio ſm equalitateʒ: ſed in amicitia opʒ ecõuerſo: ꝙ pͥmo attendatur aliqua equalitas inter perſonas mutuo ſe amantes: ⁊ ſecundo exhibet̃ vtriqʒ qđ eſt ſm dignitatẽ: ⁊ hꝰ diuerſitatis ratio eſt: qꝛ amicitia eſt quedã vnio ſiue ſocietas amicorum: que nõ poteſt eſſe inter multũ diſtantes: ſed opʒ ꝙ ad equalitatem accedant. vnde ad amicitiã pertinet equalitate iam conſtituta equaliter vti: ſed ad iuſtitiam ꝑtinet inequalia ad equalitatẽ reducere. equalitate aũt exñte ſtat iuſtitie opus. ⁊ iõ equalitas eſt vltimũ in iuſtitia: ſʒ pͥnᵐ in amicitia. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Manifeſtũ autem ſi multa diſtantia fiat virtutis vel malitie vel abũdãtie alicuius alteriꝰ. nõ .n. adhuc amici ſunt: ſʒ neqʒ dignificant.

¶ Manifeſtat qđ dixerat per ſignuʒ. Et circa hoc tria facit. Primo ꝓponit ſignum: ⁊ dicit ꝙ hoc qđ dcm̃ eſt: ſcʒ. ꝙ equalitas requirat̃ pͥmo in amicitia: manifeſtum eſt per hoc ꝙ ſi ſit multa diſtantia vel virtutis vel malitie vel cuiuſcũqʒ alterius nõ remanẽt homines amici: neqʒ dignũ reputat̃ ꝙ aliqui habeant amicitiaʒ cum his qui a ſe multum diſtant. ¶ Secundo ibi.

¶ Manifeſtum autem hoc in dijs. plurimũ .n. iſti omnibus bonis ſuperexcellunt. manifeſtũ aũt ⁊ in regibus. Non enĩ his dignificant eſſe amici: quia multum deteriores: neqʒ optimis neqʒ ſapientiſſimis qui nullo digni.

¶ Ponit triplex exemplũ. Primo quideʒ de his qui plurimũ ſuperexcellunt homines in omnibus bonis. vnde nõ habẽt amicitiã cum hominibus. vt. ſ. conuerſentur ⁊ conuiuant cũ eis. vocant aũt deos more genitum ſubſtãtias ſeparatas. Secundũ aũt exempluʒ. ponit de regibꝰ. quoꝝ amicitia nõ ſe reputant dignos illi qui multuʒ ab eis deficiunt. Tertium exemplum ponit de optimis et ſapientiſſimis viris quibus non fiunt amici illi qui ſunt omnino indigni. ¶ Tertio ibi.

¶ Certa quidẽ in talibus igitur nõ eſt diffinitio vſquequo amici. multis .n. ablatis adhuc manet. multũ aũt ſeparati puta a deo: nõ adhuc.

¶ Reſpondet tacite queſtioni. poſſet enim aliquis querere in quãta diſtantia poſſit amicitia ſaluari: ⁊ in quanta nõ: ſed ipſe reſpondet: ꝙ in talibus non põt dari certa determinatio: ſed hoc in generali ſufficit ſcire ꝙ multis ablatis ab vno que inſunt alij adhuc remanet amicitia: ⁊ ſi multuʒ diſtẽt. puta ſicut hoĩes a deo nõ adhuc remãet talis amicitia: de qua loqmur. ¶ Deĩde cũ dicit.

¶ Unde ⁊ dubitatur ne forte non volunt amici amicis maxima bonoꝝ. puta deos eſſe. non enim adhuc amici erunt ipſis: neqʒ vtiqʒ bona. amici enim per ſe bona.

¶ Soluit quandã dubitationẽ incidentẽ: ⁊ pͥmo mouet eam: ⁊ dicit ꝙ ex predictis dubitat̃ vtrum amici velint ſuis amicis maxima bona. puta eſſe deos vel reges: aut virtuoſiſſimos ⁊ videtur ꝙ non: quia iam non remanebunt eis amici: ⁊ ita perdent ipſi magna bona ſcʒ ipſos amicos. ¶ Secundo ibi.

¶ Si vtiqʒ bene dictum eſt: quoniam amicus amico vult bona illius gratia. manere autem

vtiqꝫ opꝫ qualiſcūqꝫ aliq̄n eſt ille. homini autē enti volent. maxime autem bona.

¶ Soluit predictam dubitationem. dupliciter. p̄mo qui dez: q2 cū dcm̄ ſit ſupra ꝙ amicus vult bona amico eius gratia: oꝫ ſupponere ꝙ habitis illis bonis ille ipſe remaneat qualitercūqꝫ eſt. vult. n. maxima bona amicus amico tanqꝫ exiſtenti homini non tanqꝫ tranſlato ad deos. ¶ Secundam ſolutionem ponit ibi.

¶ Forte autem non omnia: ſibiipſi enim maxime vnuſquiſqꝫ vult bona.

¶ Et dicit ꝙ amicus vult bona amico nō magis q̄ oib⁹ alijs: q2 vnuſquiſqꝫ vult maxime ſibi bona. vnde nō opꝫ ꝙ velit amico illa bona per que ipſe perdet amicum qđ eſt magnum bonum.

Multi aūt videntur propter amorē honoris velle amari magis q̄ amare.

¶ Poſtq̄ ph̄us poſuit ꝙ amicitia inequaliū pſonarū ſaluatur ſm hoc ꝙ eſt amare ⁊ amari proportionabiliter. Hic oſtendit qualiter amari ⁊ amare ſe habeant ad amicitiā. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ amare magis propriuꝫ eſt amicitie q̄ amari. Secundo oſtendit: ꝙ per hoc qđ eſt amare ſm dignitatem ſeu proportionabiliter amicitia ꝯſeruatur. ibi. (Magis aūt amicitia ⁊c.) Circa primuꝫ tria facit. Primo oñdit q̄re aliq̄ magis volūt amari q̄ amare. Secundo comparat id qđ eſt amari ei qđ eſt honorare. ibi. (Non propter ſeipſum autem ⁊c.) Tertio oſtendit ꝙ amare magis proprium eſt amicitie q̄ amari. ibi. (Uidetur autem in amari magis ⁊c.) Circa primū tria facit. Primo proponit qđ intendit: ⁊ dicit ꝙ multi videntur magis velle amari q̄ amare: ⁊ hoc quia ſunt amatores honoris. pertinet. n. ad excellentiores quibus debet̄ honor ꝙ magis amen̄t q̄ ament. ¶ Scđo ibi.

¶ Propter qđ amatores adulationis multi: ſuperexceſſus aūt amicus adulator vel fingit talis: ⁊ magis amare q̄ amari.

¶ Probat qđ dixerat per ſignū. ex hoc enim ꝙ multi magis volunt amari q̄ ament. procedit ꝙ multi ſunt amatores adulatiōis: qui. ſ. delectantur in hoc ꝙ aliquis eis adulat̄. adulator. n. vel ireiveritate eſt amicus ſupexceſſus: q2 minorū eſt adulari: vel adulādo aliq̄s fingit ſe talē: ⁊ ꝙ magis amet q̄ amet̄. ¶ Tertio ibi.

¶ Amari auteꝫ prope eſſe videtur ei qđ eſt honorari: qđ vtiqꝫ multi appetunt.

¶ Exponit quoddam qđ dixerat: ꝙ. ſ. propter amoreꝫ honoris cōtingat ꝙ homo velit magis amari q̄ amet: ⁊ dicit ꝙ amari videtur eſſe propinquum ei: quod eſt honorari: qđ deſideratur a multis. honor. n. eſt quoddā ſignū bonitatis eius qui honorat̄. amat̄. n. vnūq̄dqꝫ qđ eſt bonum vel apparēs bonum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non propter ſeipſum autem videntur deſiderare honorem: ſed ſm accidens. Gaudent enim multi ab his qui in poteſtatibus honorari: ꝑpter ſpem. exiſtimant eniꝫ adipiſci ab his quo indigent: vt itaqꝫ ſigno bone paſſiōis gaudent honore. Et ab epyichibus auteꝫ ⁊ ſcientibus appetentes honorem. firmare eniꝫ propriaꝫ opinionē de ipſis appetunt. gaudēt vtiqꝫ ꝙ ſint boni credentes dicentiū iudicio.

¶ Comparat id qđ eſt amari ei qđ eſt honorari. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit. quare aliqui volūt honorari: ⁊ dicit ꝙ homines videntur deſiderare honoreꝫ nō propter ipſuꝫ honorem: ſed per accidens. a duobus eniꝫ generibus hominuꝫ maxime querunt homines honorari. multi enim gaudent ſi honorentur a potentibus. non propter ipſum honorem: ſed propter ſpem: quā inde concipiunt. exiſtimant. n. ab his q̄bus honorātur ſe adepturos aliquid quo indigent: ⁊ ita gaudent de honore. q. de quodā ſigno bone paſſionis. i. bone affectionis honorantium ad eos. alij autem ſunt qui appetunt honorem ab epychibus. i. a virtuoſis ⁊ ſapientib⁹: quia per hoc appetunt firmare propriam opinionem de ſua bonitate: ⁊ ita per ſe gaudēt de eo ꝙ ſunt boni q̄ſi hoc credētes iudicio proboruꝫ: qui hoc ipſo ꝙ eos honorant. videntur dicere eos eſſe bonos. ¶ Secundo ibi.

¶ In amari autem ſcđm ſeipſum gaudent.

¶ Docet ꝙ homies gaudēt de hoc ꝙ amantur: etiaꝫ ſm ſeipſuꝫ: q2 hoc ipſuꝫ ꝙ eſt habere amicos videt̄ eſſe p̄ncipiū inter exteriora bona. ¶ Tertio ibi.

¶ Propter quod videbitur vtiqꝫ melius eſſe eo ꝙ eſt honorari. ⁊ amicitia ſecundum ſeipſam eligibilis eſſe.

¶ Concludit propoſitum. quare cū id quod eſt per ſe ſit potius eo qđ eſt per accidēs. ſequit̄ ex premiſſis ꝙ amari ſit melius eo qđ eſt honorari: inquātū amicitia eſt ſm ſe eligibilis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Uidetur autem ⁊ in amare magis q̄ in amari eſſe. Signum autem. matres eo qđ eſt amare gaudentes. Quedam enim dant filios ſuos nutriri: ⁊ amant quidē ſcientes. redamari aūt non querunt: ſi vtraqꝫ non cōtingant: ſed ſufficiens ipſis videtur eſſe videant bene operantes: ⁊ ipſe amāt ipſos. ⁊ ſi illi nō poſſuntt matri que ꝯueniunt tribuere ꝑpter ignorantiā.

¶ Oſtendit in quo conſiſtat magis amicitie virtus. vtrū in amare vel in amari: ⁊ dicit ꝙ magis conſiſtit in amare. amicitia enim dicitur per modum cuiuſdā habitus. vt ſupra oſtenſum eſt. habitus autem determinatur ad operationes. amare auteꝫ eſt bene operari. amari auteꝫ eſt potius quaſi bene pati. vnde magis eſt ꝓpriū amicitie amare q̄ amari. ⁊ hoc manifeſtat per quoddā ſignū. matres eniꝫ quarū eſt vehemens amicitia ad filios: delectantur magis in hoc ꝙ amant filios q̄ ꝙ amētur ab eis. quedā enim matres dant ſuos filios alijs ad nutriendum: ⁊ ſcientes eos eſſe filios amant eos: nō tamen multum querunt ꝙ ab eis reamentur: quia hoc fieri non poteſt: ſed videt̄ eis ſufficere ꝙ ſuadeāt ꝙ bene agant ⁊ bene ſe habeāt: ⁊ ita amāt filios: q̄uis ipſi nō poſſint attribuere matri conuenientē amoreꝫ ꝑpter ignorantā: q2. ſ. ignorāt eas eſſe matres. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Magis aūt amicitia exiſtēte in amare ⁊ amicis laudatis. amicorum virtus amare videt̄.

¶ Quare in quibus h̄ ſit ſecūdū dignitatē iſti manſiui amici: ⁊ talium amicitia. Sic autem vtiqꝫ ⁊ inequales maxime erūt amici. Equabuntur enim vtiqꝫ. Equalitas autem ⁊ ſimilitudo amicitia.

¶ Oſtendit quomodo per hoc ꝙ eſt amare ſm dignitatem ſiue ꝓportionaliter amicitia conſeruatur. Et primo oſtendit quomodo amicitia ſit permanſiua ſecundum

hoc qđ eſt amare proportionaliter. Secundo comparat quantuȝ ad p̄dicta diuerſas amicitie ſpecies.ibi.(Maxime quidem eorum ꝛc̄.)Dicit ergo primo:ꝙ cum amicitia magis conſiſtat in amare ꝙ̄ in amari. amici laudantur ex hoc ꝙ amant: nō ex eo ꝙ amant̄. hec eniȝ eſt laus amantium:ꝛ quia vnuſquiſq; laudat̄ ſm̄ propriaȝ virtutem:cōſequens eſt ꝙ amatoris virtus attendat̄ ſm̄ hoc ꝙ eſt amare. ꝛ ideo in quibuſcūq; hoc conuenit ꝙ amēt amicos ꝓpter ꝓportionē dignitatis:eoꝝ tales ꝑmanent amici:ꝛ eoꝝ amicitia eſt perſeuerans.ſic enim dū ſeinuicem amant ſm̄ ſuā dignitatē:etiā illi qui ſunt inequalis conditionis poterunt eſſe amici: qꝛ per hoc equabuntur dū vnus eoꝝ quo magis deficit in bonitate: aut in quacūq; excellentia:eo plus amat: ꝛ ita abundantia amoris recompenſat defectū cōditionis: ꝛ ſic per quandā equalitatē ꝛ ſi͂litudinē que ꝓprie pertinet ad amicitiā fiūt ꝛ perſeuerant amici.¶ Deinde cum dicit.

¶ Et maxime quidem eorum que ſecundū virtuteȝ ſimilitudo. Manſiui enim exiſtentes ſecundum ſeipſos ꝛ adinuicem manent ꝛ neq; indigent prauis neq; miniſtrant talia: ſed vt dicere ꝯtingit ꝛ prohibent. bonoꝝ.n.neq; ipſos peccare neq; amicis ꝯcedere miniſtrare.

¶ Comparat diuerſas amicitie ſpecies ſm̄ p̄dicta. Et primo oſtendit ꝙ amicitia ſit maxime permanſiua: ꝛ dicit ꝙ ſimilitudo que eſt amicitie factiua ꝛ cōſeruatiua maxime videt̄ eſſe inter virtuoſos.ipſi.n. ꝛ permanēt ſimiles in ſeipſis: qꝛ non de facili mutātur ab vno in aliud:ꝛ permanent etiam in amicitia adinuicē:ꝛ hoc ideo: quia vnus eoꝝ nō indiget ꝙ alius ꝓ eo faciat aliquid prauū: qđ eſſet contra facientes virtutē:ꝛ neuter eorum ſic alteri ſeruit de aliquo prauo:ſed ſi poteſt dici ꝙ inter virtuoſos ſit aliquid prauū: magis vnus eoꝝ prohibet alteruȝ praue operari.ad bonos.n.ꝑtinet ꝙ neq; ipſi peccent neq; ſuſtineāt qđ amici eoꝝ peccata exhibeāt.¶ Scđo ibi.

¶ Mali autem firmum quidem non habent. neq; enim ſibiipſis permanent ſimiles exiſtētes. In paucum enim tempus fiunt amici gaudentes adinuicem malitia.

¶ Oſtendit ꝙ amicitia ſit ꝛ minime permanſiua:ꝛ dicit ꝙ homines mali non habent aliquid firmuȝ ꝛ ſtabile in ſeipſis:qꝛ.n.malitia cui inſiſtunt eſt ſm̄ ſeipſaȝ odibilis: ꝛ ita affectus variatur dum nihil inueniunt in quo voluntas eoꝝ quieſcere poſſit:ita neq; ſibiipſis diu permanēt ſimiles: ſed volunt contraria eoꝝ que prius voluerunt: ꝛ ſic ad paucū tēpus fiūt amici:quādiu.ſ.gaudēt malitia in qua concordant.¶ Tertio ibi.

¶ Utiles autem ꝛ delectabiles in plus permanent. vſq; enim vtiq; tribuāt delectatiōes vel vtilitates adinuicem.

¶ Oſtēdit que amicitie circa hoc medio modo ſe hēant. Et dicit ꝙ amici vtiles ꝛ delectabiles ſibiinuicē magis permanent in amicitia ꝙ̄ mali. vtilitas enim ꝛ delectatio in ſe habet vnde amentur. vnde tn̄ durat taliuȝ amicitia:ꝙ̄diu mutuo ſibi tribuunt delectatiōes vel vtilitates: ſecus aūt eſt de his q̄ ſunt amici ꝓpter malitiaȝ que ſm̄ ſe amabilitatis nihil hēt.¶ Deinde cum dicit.

¶ Ex contrarijs aūt maxime quidē videtur ꝓpter vtile fieri amicitia:puta pauper diuiti. indiſciplinatus ſcienti.quo.n.exiſtit aliquis indigens ens hoc appetens redonat aliud.

¶ Determinat de amicitia contrarioꝝ adinuiceȝ. Et primo oſtēdit in qua ſpecie amicitie hoc cōtingat ꝙ videatur eſſe amicitia inter cōtraria. Secundo oſtendit quomodo contrariū appetat ſuum contrarium. ibi. (Forte autem ꝛc̄.)Circa primū tria facit. Primo oſtendit ꝙ hꝰ contrarietas amicoꝝ maxime videtur eſſe propter vtilitatem.inquantuȝ.ſ.vnus amicorum appetit ab alio id quo ipſe idiget:ꝛ redonat ei aliqđ aliud.ſicut pauper appetit conſequi diuitias a diuite:ꝓ quibus impendit obſequium.¶ Secundo ibi.

¶ Hoc aūt vtiq; aliquis attrahit ꝛ amatoreȝ ꝛ amatum ꝛ pulchrum ꝛ turpe.

¶ Oſtendit quō ꝛ hoc poſſit pertinere ad amicitiam delectabilē:ꝛ dicit ꝙ ad hūc modū amicitie: poteſt etiā qs attrahere amorē venereū quo amator amat amatuȝ.eſt enim quādoq; contrarietas.ſicut inter pulchrū ꝛ turpe. in amicitia aūt que eſt propter virtuteȝ nullo modo habetur contrarietas: qꝛ in tali amicitia eſt maxima ſimilitudo.vt.ſ.dcm̄ eſt.¶ Tertio ibi.

¶ Propter quod videntur amatores ridiculi quādoq; dignificantes amari vt amant:ſed tamen amabiles exiſtētes forte dignificandū.nihil aūt tale habentes ridiculum.

¶ Infert quoddam correlarium ex dictis:ꝛ dicit ꝙ quia inter amatoreȝ ꝛ amatū eſt quādoq; contrarietas. ſicut inter turpe ꝛ pulchrum.inde eſt ꝙ quādoq; vident̄ derideri amatores qui reputant ſe dignos vt tantū amentur quantū amant:qđ quidē dignū eſt: ſi equaliter ſint amabiles: ſꝫ ſi nihil hēant tale:quo.ſ.ſint digni tantū amari. ridiculū eſt ſi hoc querūt.¶ Deinde cum dicit.

¶ Forte autem neq; appetit contrariuȝ ſecundum ſeipſuȝ: ſed ſm̄ accidens. Appetitus aūt medij eſt. hoc enim bonuȝ. puta ſicco non humidum fieri: ſed ad medium venire: ꝛ calido ſimiliter. Hec quidē igitur dimittantur: eteniȝ eſt magis alienum.

¶ Oñdit quō ꝯtrariū appetit ſuū cōtrariū: ꝛ dicit ꝙ hoc nō eſt ſm̄ ſe:ſꝫ ſm̄ accn̄s.per ſe.n.appetit̄ mediū qđ ē bonū ſubto qđ afficit̄ per vnū ꝯtrariū in exceſſu.puta ſi corpus alicuius hoīs ſit valde ſiccū:nō eſt ei bonū ꝛ appetibile fieri humidū per ſe loquēdo. Sed venire ad mediū qđ accidit ſupueniente humido: ꝛ eadeȝ rō eſt de calido ꝛ hꝰ ꝯtrarijs:ꝛ qꝛ hec magis ꝑtinent ad phyſicā ꝯſiderationē.iō dicit hec eſſe pretermittenda.

Videtur autem queadmodū in principijs dictum eſt circa eadem ꝛ in eiſdem eſſe ꝛ amicitia ꝛ iuſtū. In omni eniȝ cōmunicatione videtur aliqđ iuſtum eſſe. ꝛ amicitia autem.

¶ Poſtꝙ̄ phs tetigit diuerſas ſpēs amicitiarū: que ſunt inequaliū pſonarū. Hic diſtinguit hꝰ ſpēs ſm̄ ꝓprias rationes earū. Et circa hoc duo facit. Prīo oñdit ꝙ hꝰ amicitiarū ſpēs ſm̄ diſtōnes ꝯſequunt̄ pollíticas cōmunicationes. Secundo diſtinguit amicitiarum ſpecies ſm̄ diſtinctiōes politicarū.ibi.(Politice aūt ſunt tres ꝛc̄.) Circa p̄mū ponit talē rōnē.omnis amicitia in cōmunicatōe ꝯſiſtit.omnis cōmunicatio reducit̄ ad politicā.ergo oēs amicitie ſm̄ politicas cōmunicationes ſunt accipiēde. Circa hoc tria facit. Primo probat p̄mum. Secundo ſecundū. ibi.(Cōicationes aūt omnes ꝛc̄.) Tertio infert

concluſionem ibi.(Omnes itaq; cõmunicationes ⁊c.) Circa primuz duo facit. Primo oſtendit ꝙ amicitia oĩs in cõicatione cõſiſtit. Secundo oſtendit ꝙ amicitia ſm diuerſitatem cõicationis diuerſificat̃.ibi.(Sunt autez fratribus ⁊c.) Primũ oſtendit tripliciter. Primo gdez per rõnem que talis ẽ:ſicut ſupra dictũ eſt:circa eadem ẽ iuſtitia ⁊ amicitia.ſed iuſtitia cõſiſtit in communicatione.quelibet.n.iuſtitia eſt ad alterum: vt in quinto dictũ eſt.ergo ⁊ amicitia in cõicatione conſiſtit. ¶ Scdo ibi.

¶ Appellant igitur vt amicos cõnauigatores ⁊ cõmilitones.ſilr autẽ ⁊ eos qui in alijs cõicationibus:ſm quantum enim cõicant in tantum eſt amicitia.etenim iuſtum.

¶ Oſtendit idẽ ex vſu loquẽdi.hoĩes.n.conſueuerunt appellare amicos eos qui ſm aliquã cõmunicationem ſibi cõmunicant.puta cõnauigatores qui cõicant in nauigando:⁊ cõmilitones qui cõicant in militia.⁊ eadẽ ratio eſt ĩ alijs cõicationibus:q2 tantũ videt̃ eſſe amicitia ĩter aliquos inquãtum ſibi cõicant.q2 ⁊ ſm hoc eſt etiã ĩter eos iuſtitia. ¶ Tertio ibi.

¶ Et prouerbium.cõmunia aũt que amicoruz recte.in cõmunicatione enim amicitia.

¶ Probat idẽ per cõe prouerbiũ.vulgo.n.dicitur ꝙ amicorum oĩa ſũt cõia:ergo amicitia in communicatione cõſiſtit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sunt aũt fratribus gdẽ ⁊ cõnutritis omnia cõia:alijs aũt diſcreta: ⁊ his quidez plura. his aũt minora:etenim amicitiarũ he quidem magis: he aũt minus.

¶ Oſtẽdit ꝙ ſz diuerſas cõicationes differunt amicitie. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit diuerſitatez amicitiarũ ſm diuerſitatẽ cõicationis.videmus.n.ꝙ fratribus ⁊ perſonis.ita coniunctis ſunt oĩa cõmunia.puta domus menſa ⁊ alia hmõi.alijs aũt amicis ſunt quedã diſcreta:⁊ quibuſdã plura: ⁊ quibuſdã pauciora.⁊ ſz hoc etiaz amicitiarũ quedã ſunt maiores.ſ.inter illos qui habent plura cõia: ⁊ quedã amicitie ſũt minores:vt que ſunt inter illos: q in paucioribus cõicãt.⁊ ex hoc maxime apparet.ꝙ ſi nulla eſſet cõmunicatio non poſſet eſſe amicitia. ¶ Secundo ibi.

¶ Differunt autem ⁊ iuſta. Non enim eadez parentibus ad filios ⁊ fratribus adinuicez:neq; heteris ⁊ ciuibus.ſimiliter autez ⁊ in alijs amicis. Altera autem itaq; ⁊ iuſta ad ſingulos horum.

¶ Oſtẽdit ꝙ iuſtitia diuerſificat̃ ſm diuerſas cõicationes.nõ.n.idẽ eſt iuſtũ in qualib; cõicatione ſed differẽs: ſic pz ꝙ nõ idẽ eſt iuſtũ ĩter patrẽ ⁊ filios: ⁊ inter fratres adinuicẽ.⁊ ſilr aliud eſt iuſtũ inter ethaycos.i. coetaneos ⁊ cõnutritos ⁊ inter ciues:q2 alia ſibi mutuo tanq̃ debita exhibẽt.⁊ eadem ratio eſt in alijs amicitijs.⁊ ſic pz ꝙ altera iuſta ſũt ĩter ſingulos p̃dictorũ. ¶ Tertio ibi.

¶ Et augmentationem accipiunt in magis ad amicos eſſe.puta pecunijs priuare.heterũ quidẽ duri⁹ q̃ ciuẽ: ⁊ nõ iuuare fratri q̃ extraneo: ⁊ percutere patrẽ q̃ quecũq; aliuz.augmẽtari autez natũ eſt ſimul amicitie ⁊ iuſtũ:vt eiuſdẽ entia ⁊ ad equale pertingentia.

¶ Oſtendit q̃o iuſtitia diuerſificat̃ ſm differentiã amicitie.⁊ dicit ꝙ iuſtita ⁊ iniuſtitia accipiunt augmentum ex hoc ꝙ ſunt ad magis amicos.q2.ſ.magis amico benefacere quidẽ eſt iuſtius nocere iniuſtius.ſicut ꝙ aliquis priuet pecunijs per furtũ aut rapinã hoĩem ſibi familiarẽ ⁊ cõnutritũ eſt durius ⁊ iniuſtius q̃ ſi priuauit ciuez: ⁊ ſilr ſi ſubtrahat auxiliuz fratri q̃ ſi ſubtrahat extneo: ⁊ ſi pcutiat patrẽ.q̃ ſi pcutiat quẽcũq; aliuz.Q2 aũt ſimul auget̃ amicitia ⁊ iuſtũ pcedit ex hoc ꝙ in eiſdẽ exiſtũt. ⁊ vtrũq; ptinet ad q̃dã equalitatẽ cõicationis:⁊ p hoc ſignũ ↄfirmat̃ qđ ſupra dictũ eſt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Communicationes autem omnes particulis aſſimilantur politice. conueniunt enim in aliquo conferente: ⁊ acquirentes aliquid eorum que ad vitam. Sed ⁊ politica communicatio conferentis gratia videtur. ⁊ ex pricipio conuenire ⁊ permanere.hoc eniz ⁊ legis poſitores coniectant ⁊ iuſtum eſſe aiunt qđ communiter conferens.

¶ Oñdit ꝙ oẽs cõicationes ad politicã cõicationẽ reducũtur.Et circa hoc duo facit. Prĩo oñdit ꝙ oẽs cõicationes ſilitudinẽ habẽt cũ cõicatione politica. Secũdo oñſtit ꝙ oẽs cõicationes alie continentur ſub politica. ibi.(Alie quidẽ igit̃ ⁊c.) Dicit ergo p̊:ꝙ oẽs cõicationes habẽt aliquã ſilitudinẽ cũ ptib⁹ politice cõicationis. videmus.n.ꝙ oẽs cõicantes cõueniũt in aliquo vtili. ad hoc ſcz ꝙ acqrũt aliqd eoꝝ que ſunt neceſſaria vite. ⁊ hoc ẽt videt̃ hẽre politica cõmunicatio:q2 pp vtilitatẽ cõez videntur ciues ⁊ a pn⁹ ſimul ↄueniſſe.⁊ ĩ hoc pſeuerare:qđ pz ex duobus. Primo gdẽ:q2 legiſlatores ad hoc maxĩe tẽdere videtur:vt pcurent vtilitatẽ cõem.Et ſcdo q2 homines hoc dicunt hoc eſſe iuſtum in ciuitate ꝙ cõmuniter ciuibus confert. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alie quidem igitur communicationes ſcđz partes conferens appetunt.puta nauigatores autem quidem quod ſcđm nauigium ad operationes pecuniarum.vel aliquid talium. Cõmilitones autez ſm belluz ſiue pecuniam ſiue victoriam ſiue ciuitatem appetentes. ſimiliter aũt ⁊ tribules ⁊ plebei.

¶ Oſtendit ꝙ alie cõicationes ſub politica ↄtinẽtur. Et circa hoc tria facit. Primo oñdit q̃o quedã aliarũ communicationũ ordinant̃ ad aliquã pticularez vtilitatẽ.⁊ dicit ꝙ cõicationes alie p̃ter politicã ĩtẽdũt aliqđ pticulare cõueniẽs.puta ꝙ cõnauigãtes intẽdũt acquirere pecuniã ſi ſint mercatores: vl' aliqd aliud hmõi.ſicut ciuitatẽ aliquã ſi ſint bellatores:vel illud propter qđ eſt bellũ.ſiue hoc ſit pecunia:ſiue ſola victoria:ſiue dominiũ alicuius ciuitatis.⁊ ſic ẽt illi q ſunt vnius tribus:vel vni⁹ plebis ad aliqđ pticulare cõmodũ ↄueniũt. ¶ Scdo ibi.

¶ Quedaz aũt cõicationes propter delectationẽ videntur fieri.ſ. cõcordantium: ⁊ eraſtinorum.hec enim gratia ſacrificij ⁊ connubij.

¶ Oñdit ꝙ ẽt cõicationes q̃ vident̃ fieri pp delectationẽ fiũt pp aliqđ vtile.⁊ dicit ꝙ q̃dã cõicationes vident̃ fieri pp delectationẽ ſicut cõcorreãtiũ.i.eoꝝ q ſimul cãtãt ĩ choro vel corea ⁊ eraniſtorũ.i.eorũ q vtuntur ſonis ereorũ inſtroꝝ.puta tubis aut cimbalis.hmõi aũt cõicationes ↄſueuerũt fieri cã ſacrificij: vt ibi delectabili⁹ hoĩes detineãtur.⁊ cã ↄnubij.i.nuptiaruz.vt vir ⁊ vxor magis habeãt delectationẽ cũ ĩ tãta iocũditate cõicãt. ¶ 3⁰ ibi.

**⸿ Oēs autem he ſub politica cōſueuerūt eſſe.
Nō.n.preſens conferens politica appetit. ſed
in omnē vitam. Et ſacrificia faciētes eas: ⁊ q̄
circa has congregationes honoreſqȝ tribuen/
tes dijs ⁊ ſibijpſis requiem acquirentes cum
delectatione. Antiqua enim ſacrificia ⁊ cōgre
gationes videntur fieri poſt fructuum colle/
ctiones. puta primitie. maxime enim vacabāt
in his temporibus.**

⸿ Oſtendit ex premiſſis ꝙ omnes alie communicatiōes
predicte ſub politica ꝯtinētur. ⁊ dicit ꝙ oēs ꝯſueuerūt eſ
ſe ſub politica. inquantū.ſ.conſuetū eſt ꝙ oēs per politi/
cā ordinātur. ⁊ huius rōnē aſſignat. ꝙ alie cōicationes: ſi
cut dictū eſt: ordinātur per particularem vtilitatem. po/
litica aūt non intendit aliquod particulare ⁊ preſens cō/
modū. ſed ītendit ad id qđ eſt vtile per totā vitaȝ. ⁊ hoc
ſpecialiter oſtēdit circa cōicationes delectantiū: ⁊ maxi
me in ſacrificijs de q̄bus minus videt̄: ⁊ dicit ꝙ illi qui
faciūt ſacrificia in hꝰ cōgregationibus intēdūt honoreȝ
tribuere deo. ⁊ ſibypſis acq̄rere requiē cum aliqua dele
ctatione: qđ ordinatur ad vtilitatē vite. vnde ⁊ apud anti
quos poſt collectionē fructuū.ſ.in autūno fiebāt ſacrifi
cia ⁊ ꝯgregationes hoīum. puta ad ſoluendū primitias.
hoc erat.n.tēpus aptū ad hoc ꝙ hoīes vacarent: tū vt re
quieſcerēt a precedentibus laborib⁹. tum q2 ſuppetebat
eis copia victualiū. ⁊ ſic pȝ ꝙ oīa iſta ſubdūtur ordinati
onī politice q̄ſi ꝑtinētia ad vtilitatē vite. ⸿ Deīn̄ cū.di.

**⸿ Omnes vtiqȝ communicationis vident̄ par
ticule politice eſſe. conſequenter aūt tales ami/
citie talibus communicationibus.**

⸿ Inducit cōcluſionē intētā. vȝ. ꝙ oēs cōicationes conti
nētur ſub politica: ſicut q̄dā partes eius. inq̄ȝtum alie or
dinātur ad quedā particularia cōmoda. politica aūt ad
cōeȝ vtilitatem: ⁊ q2 amicitie cōſequēter ſe habent ad ta
les cōicationes: cōueniens eſt etiam ꝙ amicitiarum di/
ſtinctio ſ̄m politicam attendatur.

7 **POlitice auteȝ ſunt ſpecies tres. equa/
les autē ⁊ tranſgreſſiones. puta cor/
ruptiones harum. Sunt autem poli/
tice quideȝ regnum Ariſtocratia. ter
tia autem que a precijs quā timocratiā dicere
conueniens videtur: politicā autem conſueue
runt ipſam plures vocare.**

⸿ Poſtq̄ȝ ph̄us oſtēdit ꝙ amicitie ſpēs reducūtur ad po/
liticā cōicationē. hic diſtinguit eas ſ̄m diſtinctionē poli
tice cōmunicationis. Et circa hoc duo facit. Primo diſtī
guit amicitiarū ſpēs ſcđm diſtinctionē politice cōicatio/
nis. Scđo ſubdiuidit hꝰ amicitie ſpecies. ibi. (In cōica
tionē q̄dē igitur ⁊c̄.) Circa p̄m duo facit. Primo diſtīguit
politicas cōicationes adinuiceȝ. Secūdo diſtinguit ſ̄m
eas amicitiarū ſpēs ibi. (Scđm vnāquāqȝ aūt ⁊c̄.) Cir/
ca primū duo facit. Primo diſtīguit ſpecies cōicationis
politice. Scđo ad earū ſilitudinē aſſignat ſpecies cōmu
nicationis yconomice. ibi. (Silitudines autē ⁊c̄.) Circa
primū tria facit. Primo aſſignat ſpēs politicarū. Secun
do cōparat eas adinuicē. ibi. (Harū aūt ⁊c̄.) Tertio oſtē
dit q̄rō corrūpātur. ibi. (Tranſgreſſio aūt regni ⁊c̄.) Di
cit aūt primo. ꝙ tres ſunt ſpecies politice cōicationis: ⁊
totidem ſunt corruptiones ſiue trāſgreſſiones earum. re
cte quidem politice ſunt tres.ſ. regnum: qđ eſt principa
tus vnius: aliud ariſtocratia: que eſt poteſtas optimorū:
eo ꝙ hꝰ ciuilitas ꝑ virtuoſos gubernatur. videtur auteȝ
cōueniens ꝙ ſit quedā alia ſpecies. lȝ quidā eam non po
nāt: vt pȝ in q̄nto politicorū: que cōueniēter nominatur
tymocratia a tymos: tymos.n. preciū dicit̄: q2 videlicet
in hac politica precia dantur pauperibus: ⁊ dāna inferūt
diuitibus: ſi nō cōueniāt ad politicas congregationes: vt
pȝ in quarto politice. quidā aūt cōſueuerūt eam vocare
cōmuni nomine politicaȝ: eo ꝙ eſt commune diuitibus
⁊ pauperibus: vt pȝ in quarto politice. ⸿ Deinde cū dic̄.

**⸿ Harum autem optima quidem regnum peſ
ſima tymocratia.**

⸿ Cōparat hꝰ politicas adinuicē. ⁊ dicit ꝙ inter eas opti
ma eſt regnū: in quo vnus optimus principatur. peſſima
aūt.i. minus bona eſt tymocratia vbi plures mediocres
principātur. media aūt eſt ariſtocratia: in qua pauci opti
mi principātur. quoꝝ tn̄ nō eſt tāta poteſtas ad bn̄ agen
dū: ſicut vnius optima agētis habētis plenitudinē pote/
ſtatis. ⸿ Deinde cum dicit.

**⸿ Trāſgreſſio autem regni tyrannis. ambe eni
monarchie. Differunt auteȝ plurimum: tyrā/
nus quidem enim ſibijpſi conferens intendit.
Rex autem qđ ſubditorum. Non enim eſt rex
qui non per ſe ſufficiēs ⁊ omnibus bonis ſuꝑ/
excellēs. talis autem nullo indiget. vtilia igitur
ſibijpſi quidem nō vtiqȝ ītēdet. ſubditis auteȝ:
qui enim nō talis clerotes vtiqȝ quidem erit q̄ȝ
rex. tyrannus autem ex contrarietate huic. ſibi
enim bonum proſequitur ⁊ manifeſtius ī hac
q̄m̄ peſſima. peſſimum auteȝ cōtrariū optimo.
Trāſgreditur aūt ex regno in tyrānidem. Pra
uitas enim monarchie tyrānis. malus autem
rex tyrannus fit.**

⸿ Agit de corruptione ſiue trāſgreſſione predictaꝝ poli/
ticarū. Et prīo de corruptione regni. Scđo de corruptio/
ne ariſtocratie. ibi. (Et ariſtocratia autē ⁊c̄.) Tertio de
corruptione democratie. ibi. (Ex dimocratia aūt ⁊c̄.)
Circa p̄m duo facit. Primo q̄dē ꝓponit qđ intēdit. ⁊ dicit
qđ trāſgreſſio ſiue corruptio regni vocat̄ tyrannis. ⁊ hoc
manifeſtat prīo quidē per hoc ꝙ genere cōueniūt. ambo
enī ſunt monarchie.i. ꝑncipat⁹ vnius. ſicut.n. in regno ꝑn
cipatur vnus: ita ⁊ in tyrānide. Scđo aſſignat differenti
am eoꝝ adinuicē. ⁊ dicit ꝙ plurimū differūt. ⁊ ex hoc ap
paret ꝙ ſunt cōtraria. ꝯria.n. ſunt que plurimuȝ differūt
⁊ in eodem genere. hanc aūt differentiam manifeſtat di
cens: ꝙ tyrannus intendit in ſuo regimine qđ eſt vtile ſi
bypſi. rex autem intendit qđ eſt vtile ſubditorum. ⁊ hoc
probat ꝙ nō poteſt vere dici rex qui non per ſe eſt ſuffici
ens ad regēdum: vt ſcilicet ſit ſuperexcellens in omnib⁹
⁊ anime ⁊ corporis ⁊ exteriorum rerum. vt ſit dignus ⁊
potēs ad principanduȝ. cum autem talis ſit non indiget
aliquo. ⁊ ideo non intendet ad vtilitatem ſuam que eſt
indigentium: ſed ad hoc ꝙ bene faciat ſubditis qđ eſt ſu
perabundantium. ille enim qui non eſt talis: ſcilicet ſu/
perexcellens in omnibus bonis: magis poteſt dici clero
tes quaſi ſorte aſſumptus ad principandum q̄ȝ rex: ſed
tyrannus ſe habet per contrariuȝ ad regem: quia querit
bonum ſibi. vnde patet ꝙ ipſa corruptio eſt peſſima. peſ
ſimum enim eſt contrarium optimo. tranſgreditur autē
aliquis ex regno ꝙ eſt optimū. Sicut dictum eſt in tyrā
nide que nihil eſt aliud q̄ȝ prauitas monarchie ⁊ princi/

patus vnius:ꝛ rex quando fit malus dicitur tyrānus:vnde pꝫ ꝙ tyrānis eſt peſſima.℄ Deinde cum dicit.

℄ Ex ariſtocratia autem in oligarchiam malicíam principum qui tribuunt que ciuitatis ꝑter dignitatem:ꝛ omnia vel plurima bonorum ſibypſis ꝛ principatus ſemper eiſdem de plurimo facientes ditari. Pauci igitur principātur ꝛ mali pro his qui maxime epyiches.

℄ Agit de corruptione ariſtocratie.ꝛ dicit ꝙ ex ariſtocratia fit tranſgreſſio in oligarchiā que eſt principatus paucorum:ꝛ hoc propter malitiā eorū qui principantur:qui bona ciuitatis non diſtribuunt ſcḋm dignitatem:ſed oīa bona ciuitatis vel plurima eorum vſurpāt ſibypſis:ꝛ ꝙ ſemper principatus eiſdem conferunt hoc plurimū intēdentes:vt ditentur ipſi ꝛ amici eorum:ꝛ ex hoc cōtingit ꝙ loco maxime virtuoſorum qui preſunt ariſtocratie pncipantur pauci ꝛ mali.℄ Deinde cum dicit.

℄ Ex timocratia autem vtiqꝫ in democratiam. conterminales enim ſunt he:multitudinis enī vult ꝛ tymocratia eſſe.ꝛ equales omnes qui in honoratione.

℄ Agit de corruptiōe dimocratie.ꝛ dicit ꝙ corrumpitur in democratiā que eſt ptās populi.ambe enim he politie ſunt cōterminales.i.vicine aſſimilant̄.n. ī duobus.Primo quidem:qꝛ etiam tymocratia que eſt poteſtas precio rū eſt principatus multitudinis:ſicut ꝛ democratia.Secūdo qꝛ in vtraqꝫ politia oēs qui ſunt in honoribus conſtituti ſunt equales.differūt autem:quia in tymocratia intendūt cōe bonum diuitū ꝛ pauperū.in democratia āt intendit̄ ſolū bonū pauperū:vnde minima peruerſitas eſt democratie.parū.n.recedit a timocratia que ē recte politice ſpecies.cōcludit igitur ꝙ politice maxime tranſmutantur inuicem.ꝛ ita de facili corrūpūtur:ſicut predictum eſt.℄ Deinde cum dicit.

℄ Similitudines aūt ipſarūꝫ ꝛ velut exemplū accipiet aliquis vtiqꝫ ꝛ in domibus.

℄ Diſtinguit ſm ꝑdictorum ſilitudinem inter politicas ꝛ iconomicas.Et pmo oſtendit quid in his rñdeat regno ꝛ tyrānidi.Scḋo qd ariſtocratie ꝛ oligarchie.ibi.(Uiri autē ꝛ vxoris ⁊c̄.)Tertio qd tymocratie ꝛ democratie. ibi.(Tymocraticus aūt ⁊c̄.)Circa primū tria facit.Primo ꝓponit qḋ intendit.ꝛ dicit ꝙ ſilitudo ꝛ exempla predictarum politicarum pōt accipi in rebus domeſticis. ℄ Secundo ibi.

℄ Patris quideꝫ enim ad filios cōicatio regni hꝫ figurā.Filiorum.n.patri eſt cura.hinc aūt ꝛ homerus iouē patrē appellat.paternus enīꝫ principatus vult regnum eſſe.

℄ Oſtendit quid in hꝫ reſpondeat regno.ꝛ dicit ꝙ cōicatio que eſt inter patrem ꝛ filios hꝫ ſilitudinē regni.qꝛ pater hꝫ curam filiorum.ſicut rex ſubditorūꝫ.ꝛ inde eſt ꝙ homerus iouē propter regiā poteſtatē appellauit patrē. principatus.n.patris in domo eſt quaſi quoddā regnūꝫ. ℄ Tertio ibi.

℄ In perſis autem qui patris tyrannicus.utuntur.n.vt ſeruis filijs.Tyrānicus aūt ꝛ dñi ad ſeruos.dñi.n.cōferēs in ipſo opatur.ꝛ hic qdē igitur rectꝰ videtur.Perſicus aūt qui peccat. Differentium.n.principatus differentes.

℄ Oſtendit quid reſpondeat in domibus tyrānidi.ꝛ ponit duos modos.Quorūꝫ vnus eſt ſm quem apud perſas patres ſe habent ad filios:qui vtuntur filijs quaſi ſeruis.Scḋs aūt modus eſt quo dñi ſe hñt ad ſeruos:quia dñi vtunt̄ ſeruis itendēdo ad ſui ipſorū vtilitatē.hi aūt duo modi differūt.nā vnus magis vr̄ eſſe rectus.quo ſcꝫ dñi vtūtur ſeruis ad ſuā vtilitatē.alius aūt eſſe ꝑuerſus quo.ſ.patres vtuntur filijs quaſi ſeruis.opꝫ.n.ꝙ diuerſiſ aliqs diuerſimode ꝑncipet̄.vñ peruerſū ē ꝙ aliqs ꝑncipet̄ ſilr̄ liberis ꝛ ſeruis.℄ Deinde cum dicit.

℄ Uiri autem ꝛ vxoris ariſtocraticus videtur ſm dignitatem enim vir principatur.ꝛ circa h̄ que oportet virum. Quecunqꝫ autem vxori congruunt illi reddit.

℄ Oſtēdit qd in domibus rñdeat ariſtocratie ꝛ eius oppoſito.Et circa hoc duo facit.Primo oſtendit qd reſpondeat ariſtocratie.ꝛ dicit ꝙ pricipatus quo vir ꝛ vxor dominātur in domo eſt ariſtocraticus:qꝛ vir hꝫ dñium ꝛ curā circa ea que ꝑtinēt ad virū ſꝫ ſuā dignitatē:ꝛ dimittit vxori illa que pertinēt ad eā.℄ Scḋo ibi.

℄ Omnium autem dominans vir in oligarchiam tranſponitur.preter dignitatem.n.ipſuꝫ facit ꝛ non ꝙ melius.Qñ autem principantur vxores heredes exiſtentes nō itaqꝫ fiunt ſꝫ virtutem principatus:ſed propter diuitias ꝛ potentiam:quemadmodum in oligarchijs.

℄ Ponit duos modos rñdētes oligarchie.quoꝝ vnus ē qñ vir vult oīa diſponere.ꝛ nullius rei dominium relinquit vxori.hoc.n.non eſt ſm dignitatē.nec ſm ꝙ melius eſt.alius aūt modus eſt qñ vxores totalr̄ ꝑncipātur:eo ꝙ ipſe ſunt heredes:ꝛ tunc principatus non fit ſm virtutē: ſed propter diuitias ꝛ potentiam:ſicut accidit in oligarchijs.℄ Deinde cum dicit.

℄ Tymocraticus autem videtur qui fratrum. equales enim preter inquantum etatibus differunt.propter qḋ ſi multum etatibus differunt non adhuc fraterna fit amicitia.

℄ Oſtendit quid reſpōdeat tymocratie ꝛ eius oppoſito. Et primo quid reſpondeat tymocratie.ꝛ dicit ꝙ principatus quo fratres dominantur in domo videtur eſſe tymocraticus:eo ꝙ fratres ſunt equales:niſi inquantū differunt ſm etateꝫ:in qua ſi multū differāt nō videtur fraterna amicitia:ſed quaſi paterna.℄ Secundo ibi.

℄ Democratica aūt maxime qdē fit in his q̄ ſine dñatione habitationū.hic.n.oēs ex equali.ꝛ in qbus debilis qui pricipat̄ ꝛ vniculqꝫ ptās.

℄ Oſtendit quid reſpondeat democratie.ꝛ dicit ꝙ quedam ſimilitudo democratie eſt in habitatiōibus que nō habent dominum.ſicut cum ſocij morantur in hoſpitio ibi enim omnes ſunt equales.ꝛ ſi aliquis principetur habet debilem principatum:ſicut qui preficitur ad expenſas faciendas.ꝛ vnuſquiſqꝫ ſociorum habet poteſtatem ī domo:ſicut in democratijs qlibet de populo habet poteſtatē:quaſi ex equali:ꝛ ꝑncipes parū poſſunt.

Secundū vnāquāqꝫ aūt vrbanitatem. 8ᵐ
amicitia videtur inquantum ꝛ iuſtū.

℄ Poſtq̄ ꝑhus diſtixit diuerſas ſpecies politice ꝛ yconomice cōicatōis hic diſtiguit amicitiarū ſpēs ſm ꝑdicta. Et circa h̄ duo facit. Prīo ꝓponit qḋ itēdit.ꝛ dic̄ ꝙ ſm vnāquāqꝫ vrbanitatē

τ politice ordinem videtur eē quedam amicitie ſpecies accipienda: eo ꝙ in vnaquaqꝫ politia inuenitur aliquid iuſtum. amicitia aūt τ iuſtitia quodāmodo circa idē ſūt: vt ſupra dictum eſt. ¶ Secundo ibi.

¶ Regi quidē enim ad ſubiectos in ſuperabūdantia beneficij. benefacit enim ſubditis. ſiquidem bonus ens curā hꝫ ipſorū: vt bene operētur queadmodū paſtor ouium. vnde τ homerus agamēnona paſtorē populorum dixit.

¶ Manifeſtat propoſitum. Et primo quidem quantum ad politias rectas. Scḋo quantū ad politias peruerſas. ibi. (In tranſgreſſionibus autē τc.) Circa primū tria facit. Primo oſtendit qualiter ſit amicitia ꝑm regnū. Secundo qualiter ꝑm ariſtocratiā. ibi. (Sed τ viri ad vxorem τc.) Tertio qualiter ꝑm tymocratiā. ibi. (In tranſgreſſionibus autē τc.) Circa primū duo facit. Primo oſtēdit qualiter ſit amicitia inter regē τ ſubditos. Secundo cōparat amicitiā paternam amicitie regali. ibi. (Talis autem τ paterna τc.) Dicit ergo primo ꝙ inter regem τ ſubditos eſt amicitia ſuperabūdātie ꝑm rationē beneficij: ſicut eſt beneficientis ad beneficiatū. pertinet enim ad regem: vt benefaciat ſubditis. ſi. n. ſit bonus habet curam ſubditoꝝ. vt bene operētur. intendit. n. ſubditos facere virtuoſos. vnde τ nominatur ex hoc qḋ dirigit ſubditos: ſicut paſtor oues: propter qḋ homerus regem agamēnonem nominauit paſtorem populoꝝ. ¶ Deiñ cū. d.

¶ Talis autem τ paterna.

¶ Cōparat paternā amicitiam regali. Et circa hoc quatuor facit. Primo comparat amicitiā paternā regali. τ dicit ꝙ amicitia paterna eſt talis. ſ. ſilis regali. ¶ 2° ibi.

¶ Differūt aūt magnitudine beneficioꝝ. cā. n. eſſendi quod nunc putatur maximū exiſtimari maximi eſſe τ nutrimenti τ diſcipline: ſed τ h progenitoribus attribuuntur.

¶ Oſtendit differentiā vtriuſqꝫ amicitie. τ dicit ꝙ predicte due amicitie differunt ꝑm magnitudinē beneficioꝝ. quāuis. n. beneficiū regis ſimplr̄ ſit maximū inquantum reſpicit totā multitudinē. tñ per cōparationem ad vnam perſonā bñficium patris eſt maius. eſt. n. pater filio cauſa triū bonorū maximorū. Primo. n. generando eſt ſibi cā eſſendi: qḋ reputatur eſſe maximum. Scḋo educando. Tertio eſt ſibi cā diſcipline. hec aūt tria nō ſolū tribuuntur patribus reſpectu filioꝝ: ſed etiam progenitorib⁹. i. auis τ pauis reſpectu nepotū τ pnepotū. ¶ Tertio ibi.

¶ Et natura enim principatur pater filiorum τ progenitores nepotum τ rex ſubditorum.

¶ Probat qḋ dixerat. ſ. ꝙ talis ſit amicitia paterna ſicut τ regalis. naturaliter. n. pater principatur filio. τ progenitores nepotibus. ſicut τ rex ſubditis. vnde τ filij ſūt in poteſtate patris. τ nepotes in poteſtate aui: ſicut τ ſubditi in poteſtate regis. ¶ Quarto ibi.

¶ In ſuperexceſſu aūt amicitie he. ꝑꝑ qḋ τ honorātur parētes: τ ite rū vtiqꝫ in his nō idē: ſꝫ ꝑm dignitatem. Sic. n. vtique τ amicitia.

¶ Oſtēdit in quo cōueniāt oēs hꝫ amicitie. τ ponit duo. Quorū vnū eſt. ꝙ oēs hꝫ amicitie cōſiſtūt in quodam ſuperexceſſu vni⁹ ad alterū: τ qꝛ i rege τ ſubditis hoc ē manifeſtū. manifeſtat hoc circa patres τ filios. qꝛ. n. pater ē ſuperexcedēs: inde eſt ꝙ parētes honorantur a filijs. honor. n. ſupercellēti debet. vt in primo habitū eſt. τ idem dicēdum eſt circa ꝓgenitores. Aliud aūt eſt ꝙ in hꝫ amicitijs nō eſt idē iuſtū ex vtraqꝫ parte. vt. ſ. rex idem faciat ſubdito qḋ ſubditus regi: vel pater filio qḋ filius pr̄i. ſed attēditur vtrobiqꝫ iuſtū ꝑm dignitatem. vt. ſ. vterqꝫ faciat alteri qḋ dignū eſt: qꝛ ſic et amicitia inter eos conſideraṫ: vt vnus alterū amet ꝑm ꝙ dignū eſt. Deiñ cū. d.

¶ Sed τ viri ad vxorē eadē amicitia τ ariſtocratia. ꝑm virtutem enim τ meliori plus bonū τ congruens vnicuiqꝫ: ſic aūt τ iuſtum.

¶ Oſtendit qualiter ſit amicitia ꝑm ariſtocratiam. τ dicit ꝙ amicitia que eſt inter virū τ vxorem eſt talis ſicut ea que eſt in ariſtocratia in qua preficiūtur aliqui ſꝫ virtutem: τ propter eam amātur. τ qꝛ illi qui preficiuntur ſūt meliores. ideo attribuitur eis plus de bono. inquantum ſcꝫ alijs preferunṫ: τ vnicuiqꝫ tñ attribuitur id qḋ ei conuenit. virtuoſi. n. in principatu ꝯſtituti nō ſubtrahūt ſubditis bonum qḋ eis cōgruit: τ per hunc etiam modū conſeruatur iuſtitia ꝑm ariſtocratiam: τ ita eſt in eadē amicitia viri τ vxoris. vir. n. qꝛ melior eſt preficitur vxori. tñ vir nō pripit ea que ſunt vxoris. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Que autem fratrum heterithie aſſimilatur. Equales enim τ coetanei. tales autem vnius diſcipline τ vnius moris τ in multū aſſimilaṫ huic vtiqꝫ τ que ꝑm tymocratiā: equales enim ciues volūt τ epyiches eſſe. in parte itaqꝫ principari τ ex equali ſit vtiqꝫ τ amicitia

¶ Oſtendit qualiter amicitia accipiaṫ ꝑm timocratiam τ dicit ꝙ amicitia que eſt iter fratres aſſimilaṫ etayrike ideſt amicitie coetaneorum. fratres. n. ſunt equales τ coetanei. τ tales videnṫ eſſe vnius diſcipline. τ vnius moris vtplurimū. eo ꝙ mores ſequuntur cōſuetudinem vite. vt in ſecundo habitum eſt. τ ex hoc pꝫ ꝙ tali amicitie aſſimilatur amicitia que eſt ꝑm timocratiam: in qua ciues qui preficiuntur: ſunt equales τ epyiches. i. virtuoſi. vnde iuſtum eſt ꝙ in parte principētur. ita. ſ. ꝙ vnus nō habeat totum principatum: ſed particularem. ita ꝙ in pncipatu equentur. τ ſic etiam eſt amicitia inter eos. τ hoc etiam manifeſte obſeruatur in amicitia fratrum τ coetaneorum ſiue connutritorū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In tranſgreſſionibus autem quemadmodū τ iuſtum paruum eſt: ſic τ amicitia.

¶ Oſtendit qualiter ſit amicitia ꝑm politias corruptas. Et circa hoc tria facit. Primo oſtendit ꝙ in huiuſmodi polítijs eſt parum de amicitia. Secundo oſtēdit in qua earum ſit minimum de amicitia. ibi. (Et minime in peſſima.) Tertio in qua earum ſit plurimum. ibi. (Que autem i democratijs τc.) Dicit ergo primo ꝙ in trangreſſionibus. ideſt in politijs corruptis. ſicut parum eſt de iuſtitia. ita etiam eſt ibi parum de amicitia que eſt quodāmodo circa idem iuſtitie. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et nequaꝗ̄ eſt in peſſima: in tyrannide enim nihil aut parum amicitie.

¶ Oſtendit in qua corruptarum politiarum ſit minimū de amicitia. Et circa hoc tria facit. Primo proponit qḋ intendit. Secundo probat propoſitum. ibi. (In quibus enim nihil τc.) Tertio oſtēdit qualiter debeat intelligi quod dictum eſt ibi. (Secundum qḋ quidem igiṫ τc.) Dicit ergo primo ꝙ cum in corruptis politijs ſit parum de amicitia: conſequens eſt ꝙ minimum ſit de amicitia in peſſima politiarum corruptarum: ſcilicet in tyrannide in qua: aut nihil: aut valde parum eſt de amicitia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In quibus enim nihil cõmune eſt imperanti ⁊ imperato:neqꝫ amicitia:neqꝫ.n.iuſtũ: ſꝫ velut artifici ad organum: ⁊ anime ad corpus. ⁊ dño ad ſeruũ. Iuuãtur quidẽ.n.h ab eis qbus vtuntur ad vtilitatem.amicitia autem nõ eſt ad inanimata:ſed neqꝫ iuſtũ:ſed neqꝫ ad equũ vł bouẽ:neqꝫ ad ſeruũ ꝑm ꝙ ſeruus:nihil.n.commune eſt:ſeruus enim animatum organũ. Organum aũt inanimatus ſeruus.

¶ Probat propoſitũ.qꝛ.n.amicitia in cõicatione ↄſiſtit: vt ſupra oſtenſum eſt.manifeſtũ eſt ꝙ ſi inter imperantẽ ⁊ imperatũ nihil ſit cõe.puta cũ iperãs ſuũ ꝓpriũ bo[m] intẽdit:neqꝫ amicitia inter eos eſſe poterit.ſicut neqꝫ iuſtitia eſt inter eos.inquantũ.ſ.imperãs vſurpat ſibi totũ bonũ qđ debeť imperato.hoc aũt accidit in tyrãnide:qꝛ tyrãnus nõ intẽdit bonũ cõe ſed proprium. ⁊ ita ſe hꝫ ad ſubditos:ſicut artifex ad iſtrumẽtũ.⁊ aĩa ad corpus.⁊ dominus ad ꝑuũ.vtitur.n.tyrãnus ſubditis vt ſeruis. hec eni tria que dicta ſunt:iuuãtur ab his que vtũtur eis inquãtũ mouẽtur ab eis.ſ. ſeru⁹ a dño:corpus ab aĩa:iſtrumentũ ab artifice.nõ tñ eſt amicitia vtẽtiũ ad ea qbus vtũtur.qꝛ ⁊ ſi in aliquo proſunt eis:nõ intendũt per hoc bonũ eoꝝ:niſi ꝑm ꝙ referť ad ꝓpriũ bonũ.⁊ hoc pͤcipue manifeſtũ eſt de artifice in cõparatione ad inſtrumenta inanimata ad que non eſt amicitia neqꝫ iuſtitia : qꝛ non cõmunicãt in operatione humane vite.⁊ ſiĺiter non eſt amicitia ad equũ ⁊ bouẽ:quãuis ſint animata.⁊ ita ẽt nõ eſt amicitia dñi ad ſeruũ. inquãtũ eſt ſeruus:qꝛ nõ habꝫ aliqd cõe:ſꝫ totũ bo[m] ꝑui ẽ dñi:ſic totũ bo[m] inſtri ẽ artificis.ꝑuus.n.eſt q̄ſi iſtrumẽtũ aĩatũ:ſicut ⁊ ecõuerſo iſtrumẽtũ eſt quaſi ſeru⁹ inanimatus. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Scđm ꝙ quidẽ igitur ſeruus nõ eſt amicitia ad ipſum:ſed ꝑm ꝙ hõ. Videť.n.quoddã eſſe iuſtum omni homini ad omnem potentẽ cõmunicare lege ⁊ compoſitione. ⁊ amicitia vtiqꝫ:ſed inquantum homo.in parum vtiqꝫ ⁊ in tyrãnidibus amicitie ⁊ iuſtum.

¶ Oſtendit qualiter ſit itelligẽdũ qđ dictũ eſt.⁊ dicit ꝙ ꝑm ꝑmiſſa nõ eſt amicitia dñi ad ꝑuũ . inq̄tum eſt ꝑuus: eſt tñ amicitia ad ipſum inquãtũ eſt hõ.põt.n.eſſe aliqua amicitia cuiuſlibet hoĩs ad oẽm hoĩeꝫ: inquãtũ poſſunt cõicare aliqua lege ⁊ in aliquã opatiõe.i.in aliquo pacto vel ꝓmiſſo.ẽt ꝑm hũc modũ põt eſſe amicitia dñi ad ſeruum inquãtum eſt hõ.⁊ ſic pꝫ ꝙ in tyrãnide in qua pͥncipes vtũtur ſubditis vt ſeruis.parũ eſt de amicitia ⁊ iuſtitia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Que autem in democratijs in plurimum. multum enim cõmunia equalibus exiſtẽtibus.

¶ Oſtendit in qua politiarũ corruptarũ ſit plurimũ de amicitia.⁊ dicit ꝙ in democratia:qꝛ in hac politica illi q pͥncipãtur in multis intẽdũt ad cõmune bonũ:inq̄tum volũt eq̄ri populares iſignibus intẽdentes pͥncipaliter ad bonum popularium.oligarchia autem medio modo ſe habet:qꝛ neqꝫ itendit ad bonuꝫ multitudinis.ſicut democratia . neqꝫ ad bonũ vnius : ſicut tyrannus : ſed ad bonum paucorum.

6[m] In cõmunicatione quidẽ igitur omnis amicitia eſt quemadmodum dictum eſt.

¶ Poſtq̄ phyloſophus diſtinxit ſpecies amicitie ꝑm ſpecies politi ce ⁊ yconomice cõicationis. hic ſubdiuidit ꝑdictas amicitiarũ ſpẽs.Et circa hoc duo facit. Primo ponit cõmune pͥn[m] diuidẽdi ⁊ ſubdiuidendi amicitias.Secundo ſpecial'r agit de qbuſdã amicitijs.ibi.(Sed ⁊ cognata ⁊c.)Circa primum tria facit. Primo proponit cõmune principium diſtinguendi amicitias concludens ex premiſſis ꝙ ſicut ſupra dictum eſt:omnis amicitia in cõicatione ↄſiſtit. ¶ Scđo ibi.

¶ Diuidet autem vtiqꝫ aliquis cognatam ⁊ heteiricam.

¶ Diſtinguit ꝑm communicationem ſpecies amicitie:de quibus minus videtur.⁊ dicit ꝙ ꝑm diuerſitatem communicationis poteſt aliquis diſtinguere abinuiceꝫ:⁊ ab alijs amicitiã cognatam.i.que eſt inter conſanguineos ⁊ etayricam.i.que eſt inter connutritos.cognati.n.cõicãt ĩ origine.etayri autem in nutritione. ¶ Tertio ibi.

¶ Politice aũt ⁊ que cõtribulũ ⁊ que cõnauigãtiũ ⁊ q̄cũqꝫ tales cõicatiuis aſſimilãtur magis.quaſi.n.ꝑm cõfeſſioneꝫ quãdã videť eẽ. in has aũt ordinabit vtiqꝫ aliqs ⁊ peregrinam.

¶ Diſtinguit ꝑm hoc amicitias de quibus magis videť. ⁊ dicit ꝙ amicitie politice.i.que ſunt inter cõciues ⁊ que ſunt contribulium.ideſt inter hoĩes eiuſdem tribus.⁊ q̄ ſunt connauigantiuꝫ.i.inter eos qui ſimul nauigant.⁊ q̄cunqꝫ alie tales.puta commilitarium vel ſtudentiũ magis habent ſimilitudinẽ communicationis q̄ cognata ⁊ etayrica.in his enim amicitijs manifeſte confiteri oportet:ꝙ ratio amicitie ſit cõmunicatio.inter quas põt ordinari amicitia que eſt inter eos qui ſimul peregrinantur. ſed in amicitia cognata ⁊ etayrica nõ ẽ aliquid preſens ⁊ permanens in quo communicatur . vnde magis latet. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed ⁊ cognata videtur multifaria eſſe. ⁊ dependere omnis ex paterna.

¶ Determinat ſpecialiter de quibuſdaꝫ amicitijs. Et primo de amicitia cognata.Scđo de amicitia que eſt inter virum ⁊ vxorem.ibi.(Uiro autem ⁊ vxori ⁊c.)Circa primum duo facit. Primo diſtinguit cognatam amicitiaꝫ. Secundo proprietates partiũ ſingularium aſſignat.ibi. (Eſt autẽ ad parẽtes quidem ⁊c.) Circa primum tria facit. Primo agit de amicitia patris ad filium. Secundo de amicitia fratrum ad inuicem.ibi.(Fratres autem ad inuicem ⁊c.)Tertio de amicitia alioꝝ cõſanguineorum.ibi.(Nepotes autem ⁊c.)Circa primum tria facit. Primo proponit quomodo ſe habeat paterna amicitia ad alias conſanguineorum amicitias.⁊ dicit ꝙ cum amicitia cognatorum videatur eẽ multifaria:ideſt ĩ multas ſpecies diuiſa propter diuerſos cõſanguinitatis gradus. omnes tamẽ hꝰ amicitie dependent ex paterna.ſicut ex principio:vt ex ſequentibus patebit. ¶ Scđo ibi.

¶ Parẽtes quidem enim diligunt filios:vt ſui ipſorum aliquid exiſtentes. filij autem parentes:vt ab illis aliquid exiſtentes.

¶ Aſſignat rationem huius amicitie.⁊ dicit ꝙ parentes diligunt filios:eo ꝙ ſunt aliquid ipſorum.ex ſemine enĩ parentũ filij pcreãtur. vnde filius eſt quodammodo ps patris ab eo ſeparata.vnde hec amicitia ꝓpinquiſſima eſt dilectioni qua quis amat ſeipſuꝫ : a qua omnis amicitia deriuatur:vt in nono dicetur. vnde rationabiliter paterna amicitia ponitur eſſe pͥcipium . filij autem diligunt parentes.inquantum habent eſſe ab eis. ſicut ſi ps ſeparata diligeret totũ a quo ſeparatur. ¶ Tertio ibi.

¶ Magis aūt ſciunt parētes qui ex ipſis: q̄ȝ geniti quoniam ex ipſis.

¶ Cōparat amicitiā paternaȝ ad filialē. Et circa hoc tria facit. Primo prefert amicitiā paternaȝ filiali. Scḋo prefert amicitiā maternā paterne. ibi. (Ex his aūt manifeſtū ⁊c̄.) Tertio manifeſtat quoddam quod dixerat. ibi. (Parētes quidē eni ⁊c̄.) Circa primuȝ ponit tres rōnes. Quaꝝ pͥma talis eſt. tāto aliqḋ rōnabile ē magis amare quāto magis cognoſcit dilectionis cām. ſicut aūt dictuȝ eſt. cauſa quare parētes amāt filios eſt: qꝛ ſunt aliqd ipoꝝ. cā aūt quare filij diligūt eſt: qꝛ ſunt a parentibus. magis aūt poſſunt ſcire patres qui ſint ex eis nati: q̄ȝ filij ex qbus parētibus ſint orti. parētibus. n. nota fuit generatio. nō aūt filijs qui nōdū erāt: vñ rōnabile eſt quod parētes amēt magis filios q̄ȝ ecōuerſo. ¶ Zam rōnē pōit ibi.

¶ Et magis coapproximātur qḋ a quo genito q̄ȝ factū facienti. Quod. n. ex ipſo propinquū: ei a quo: puta dens vel capillus. vel quodcūqȝ habēti. Illi autem nihil qḋ a quo vel minus.

¶ Ponit ꝑmā rōnē. ⁊ dicit ꝙ idē accidit de benefactoribus ad bn̄ficiatos: qđ accidit ī artificibꝰ reſpectu ſuoruꝫ opeꝝ. oīs. n. artifex diligit ꝓpriū opus magis ꝙ̄ diligat̄ ab eo: ēt ſi eēt poſſibile ꝙ opus illud fieret aiatū. ⁊ h̄ maxime vr̄ accidere circa poetas q̄ ſuꝑabūdāter diligūt ꝓpria poemata: ſic parētes amāt filios. poemata. n. magis ad rōnē ꝑtinēt ſꝫm quā hō eſt hō ꝙ̄ alia mechanica oꝑa. ⁊ huic aſſimilat̄ hoc qđ accidit circa bn̄factores diligentes eos q̄bus bn̄faciūt. q̄ꝛ ille q̄ bn̄ patitur ab aliquo ē. q. opus eiꝰ. ⁊ iō magis diligūt bn̄factores opus ſuū. i. beneficiatos ꝙ̄ econuerſo. Poſitis autē exemplis ſubiungit communem rationem. ⁊ dicit ꝙ cā ꝑdictoꝝ eſt: q̄ꝛ omnibus hominibus eſt eligibile ⁊ amabile ſuuꝫ eſſe. vnumquodqꝫ. n. inquantum eſt. eſt bonuꝫ. bonum aūt eſt eligibile ⁊ amabile. eē aūt noſtrū cōſiſtit in quodā actu. eſſe enī noſtrū ē viuere. ⁊ ꝑ ꝯn̄s oꝑari. nō eſt. n. vita abſqꝫ vite oꝑatione q̄cūqꝫ. vn̄ vnicuiqꝫ eſt amabile oꝑari oꝑa vite. faciēs aūt in actu ē quodāmodo ipſum opus faciētis. Actus. n. mouētis ⁊ agētis ē in motu ⁊ patiēte. iō ita diligūt opus ſuū ⁊ artifices ⁊ poete ⁊ bn̄factores. q̄ꝛ diligunt ſuū eē. hoc aūt eſt nāle. ſ. ꝙ vnūqđqꝫ ſuū eſſe amat. rōneꝫ aūt huiꝰ ꝯn̄e. ſ. ꝙ diligāt opus q̄ diligūt eē. māifeſtat ſubdēs. qđ ē poᵃ hoc actu opus nūciat. hō. n. ē inq̄tū hꝫ aīaꝫ rōnalē. aīa aūt eſt actus ꝑmus corꝑis phīci poᵃ vitā habētis. i. qđ eſt ī poᵃ ad oꝑa vite. Sic igitur ꝑᵐ eſſe hoīs conſiſtit in hoc ꝙ hēat potētiā ad oꝑa vite. hꝰ aūt potētie reductionē in actu denūciat ipm opus qđ hō facit exercendo actu opera vite. ¶ Secundam rōnem ponit ibi.

¶ Silr̄ autem ⁊ benefactori q̄dē bonū qđ ſꝫm actū. q̄re gaudet in quo hoc. patienti autē nullum bonuꝫ in operāte: ſed ſiquidē conferens: hoc autem minus delectabile ⁊ amabile.

¶ Circa qđ duo facit. Prio ponit rōnē dicēs ꝙ vnuſquiſqꝫ diligit ꝓpriū bonū. bonū aūt bn̄factoris cōſiſtit in ſuo actu. quo ſolū bn̄ficia tribuit. eſt. n. actu v̄tutis. ⁊ iō benefactor delectat̄ ī bn̄ficiato. ſicut ī eo in quo īuenit̄ eiꝰ bonū: ſꝫ bn̄ patiēs q̄. ſ. recipit bn̄ficiū nō hꝫ aliqđ bonū hōeſtū in oꝑante. i. ī bn̄factore. nō. n. v̄tutis actus eſt recipe ab alio bn̄ficia. ſꝫ ſi hꝫ aliqđ bonū. h̄ ē bonuꝫ vtile qđ eſt minus delectabile ⁊ amabile ꝙ̄ bonū honeſtū. ⁊ ita pꝫ ꝙ minꝰ ē amabilis bn̄factor bn̄ficiato ꝙ̄ eꝯ̊. ¶ Scđo ibi.

¶ Delectabilis aūt eſt preſentis q̄dē operatio. futuri aūt ſpes. facti aūt memoria. delectabiliſſimum autem qđ ſꝫm actū ⁊ amabile ſilr̄: ei q̄dē igitur qui fecit opus manet bonum eni diuturnum. Patienti autem vtiqꝫ tranſit.

¶ Probat qđ ſuppoſuerat duplr̄. Primo ꝙ q̄ꝛ d̄lectabile q̄dē circa preſens eſt ipſe actus ſiue oꝑatio. circa futuruꝫ aūt ſpēs: circa factū aūt ſiue ꝑterituꝫ memoria: inter que tria delectabiliſſimum eſt actus. ⁊ ſilr̄ magis amabile ꝙ̄ ſpes vel memoria. bn̄factori aūt manet honeſtas ꝓprij operis: q̄ꝛ bonum honeſtū non cito tranſit. ſed eſt diuturnū. ⁊ ita delectat̄ in eo cui benefecit ſicut in preſenti ſuo bono. ſed vtilitas quā patiēs recepit de facili trāſit: ⁊ ita bn̄ficiatus delectatur ī bn̄factore ſꝫ memoriā preterito

rū.magis ergo eſt delectabile ⁊ amabile benefactori bonum boneſtum qd̄ h₃ in beneficiato q̄ꝫ beneficiato bo^m vtile qd̄ h₃ in benefactore.❡ Secunda ibi.

❡ Et memoria bonoꝝ q̄dē delectabilis. vtiliū aūt nō omnino: vel minus. Expectatio aūt ecōuerſo babere videtur.

❡ Probat idē dicēs ꝙ mēoria bonoꝝ.i.boneſtoꝝ q̄ qs in p̄terito fec̄ ē delectabil̄.ſ₃ mēoria bonoꝝ vtiliū q̄ qs qñ q₃ būit.vel oīno nō ē delectabil̄.puta cū circa eoꝝ amiſſionē ē qs ꝯtriſtat⁹ vel min⁹ ē delectabil̄ q̄ꝫ mēoria boneſtoꝝ.puta q₃ aliq̄d ex eis remanet. ſ₃ circa expectationē futuroꝝ vr̄ ecōtrario ſe bēre.ſ.ꝙ magis ē delectabile expectare vtilia q̄ꝫ expectare boneſta.hui⁹ āt diuerſitatis rō ē:q₃ bonū ignotū ñ delectat.ſ₃ ſolū bonū cognitū bōeſtū āt nemo cognoſcit.niſi q̄ h₃ vñ cognoſcunt̄ ſi ſint p̄terita.nō aūt ſi ſolū ſint futura.bona aūt vtilia cognoſcūt̄ ⁊ p̄terita ⁊ futura.ſ₃ auxiliū p̄teritoꝝ iā ptrāſit. auxiliu₃ aūt qd̄ ex eis i futuꝝ expectat̄ delectat.q.remediū qd̄dā ꝯ futuras necītates.vñ plus delectat̄ bō i ſpe vtiliū q̄ꝫ in memoria eorūdē:vel ēt q̄ꝫ i ſpe boneſtoꝝ:ſ₃ i mēoria bōeſtoꝝ pl⁹ delectat̄ bō q̄ꝫ i mēoria vtiliū.bñfactor āt i bñficiato h₃ memoriā bōi boneſti.bñficiatus aūt i bñfactore mēoriā boni vtilis.delectabilior ḡ ⁊ amabilior ē bñfactori bñficiatus q̄ꝫ ecōuerſo.❡ Tertiā rōnē ponit ibi.

❡ Et amatio quidē factioni aſſimilatur. Amari aūt ei qd̄ eſt pati. Superexcellētibus āt vtiq₃ circa actum ſequitur amare ⁊ amicabilia.

❡ Et dicit ꝙ amare aſſimilat̄ ei qd̄ eſt facere.ptinet.n.ad amātē ꝙ velit ⁊ opet̄ ei bo^m que₃ amat. ſ₃ amari aſſimilat̄ ei qd̄ ē pati.faciēs aūt ſupexcellit patienti.⁊ iō rōnabilr̄ his q̄ ſuperexcellūt in agendo.ſ.bñfactorib⁹ ⁊ artificibus ⁊ poetis ꝯſeq̄tur ꝙ ament ⁊ habeāt ea q̄ ad amorē conſequuntur.❡ Quartam rationem ponit ibi.

❡ Adhuc aūt que laborioſe fiūt oēs magis diligunt puta ⁊ pecunias poſſidentes accipientibus. videtur itaq₃ bene pati quidem illaborioſū eē.benefacere aūt opoſum. Propter hoc āt ⁊ matres amatrices magis filiorū.laborioſior enī generatio. ⁊ magis ſciunt qm̄ ipſarū. videbit̄ aūt vtiq₃ hoc ⁊ bñfactoribus propriū eē.

❡ Illa.n.q̄ laborioſe fiūt ab oīb⁹ magis diligūtur.ſicut illi q̄.p̄po ſtudio ⁊ laborioſe poſſidēt diuitias magis amāt eas q̄ꝫ illi q̄ recipiūt eas ex ſucceſſione parētū vel ex gratuito dono alicui⁹.vñ ſic accipiētes magis ſūt liberales: vt i q̄rto dcm̄ ē.ꝙ aūt aliq̄s recipiat bñficiū ab aliq̄ ē ſine ei⁹ labore.ſ₃ ꝙ aliq̄s alteri bñfaciat eſt opoſum.i.reqrēs opas ⁊ laborē.vñ rōnabile ē ꝙ bñfactores magis amēt bñficiatos q̄ꝫ eꝫ:⁊ hāc rōnē cōfirmat p exēplū m̄ru₃ que magis amāt filios q̄ꝫ p̄res.tū q₃ magis laborāt circa eoꝝ gnātiōe₃ portādo ⁊ pariēdo eos q̄ꝫ p̄re₃.tū ēt q₃ m̄re₃ magis p̄nt ſcire q̄ ſint eaꝝ filij q̄ꝫ p̄res.⁊ h̄ ēt vr̄ eē .p̄priū bñficioꝝ:vt.ſ.ament beneficiatos inq̄ꝫtū circa eos laborāt.

Dubitat̄ aūt vtru₃ op₃ amare ſeipſum maxime vel alium aliquem.

❡ Poſtq̄ꝫ p̄hus determinauit de ꝯſeruatiōe ⁊ diſſolutione amicitie ⁊ iteꝝ de amicitie opibus.h̄ mouet q̄ſdā dubitatiōes circa amicitiā.⁊ p̄ ex pte amātis.2° ex pte amatoꝝ ibi.(Utrū igit̄ q̄ꝫplurios ⁊c̄.) Circa p^m duo facit. Primo ſoluit dubitationē de amore amātis quē h₃ ad ſeipm̄.Scd̄o de amore amātis quē h₃ ad alteꝝ ibi.(Dubitat̄ āt ⁊ circa ⁊c̄.)Circa p^m tria fac.p̄ p̄ponit dubitationē.2° oñdit eā eē rōnabilē.ibi.(Increpāt.n.⁊c̄.)Tertio ſoluit ibi.(Forte igr̄ tales ⁊c̄.)Dic̄ ḡ p̄. ꝙ dubitatio ē.vtrū oporteat ꝙ aliq̄s diligat ſeip₃ maxie vel aliquē aliū magis q̄ꝫ ſe.❡ Deinde cum dicit.

❡ Increpāt.n.eos q̄ ſeipſos maxime diligūt. ⁊ vt in turpi amatores ſui vocant.

❡ Oſtēdit dubitationē eē rōnabilē.⁊ p̄ obijcit p vna pte. ſcd̄o p alia.ibi.(Rōnib⁹ aūt his ⁊c̄.)Tertio ꝯcludit dubitabilitate₃ q̄ōnis ibi.(Dubitat̄ aūt ⁊c̄.)Circa p^m duo facit.p̄ īducit h̄ ꝙ hoīes īcrepāt illos q̄ maxie amāt ſeipſos:⁊ h̄ ꝙ aliq̄ ſint amatores ſui reputatur quaſi ad malum.❡ Secundo ibi.

❡ Uidetur q₃ prau⁹ ſuīpſius gr̄a oīa agere. ⁊ q̄ꝫto vtiq₃ deterior ſit.tāto magis:accuſant ita q₃ īpm̄.puta qm̄ a ſeipſo nihil agit. Epyiches aūt pp bonū: ⁊ q̄ꝫto vtiq₃ melior ſit:magis pp bonū ⁊ amici gratia. Qd̄ āt ſuīpſius preterit.

❡ Inducit ꝙ bō prauus oīa facit pp ſuā vtilitatē:⁊ tāto h̄ magis obſeruat quāto peior eſt:⁊ q̄ꝫto magis facit magis accuſatur ab hoībus velut q̄ nihil facit extra ſeipſu₃: ideſt qd̄ ſit pp bonū alioꝝ:ſed ſolū pp ſuū.ſed hoīes virtuoſi nō agunt ſolū pp ſeipſos ſed magis agunt bonū boneſtū:⁊ propter amicos: propter qd̄ plerūq₃ p̄tereunt ſuas vtilitates.❡ Deinde cum dicit.

❡ Rōnib⁹ āt his opa diſſonāt ñ irrōnabilr̄. Aiūt enī oportere amare maxime: maxime amicu₃. amicus aūt maxie q̄ vult maxie bōa illi⁹ gr̄a: ⁊ ſi nullus ſciet. h̄ aūt exiſtūt maxie ipſi ad ſeip₃.

❡ Obijcit pro pte ꝯria.⁊ dicit ꝙ a p̄miſſis rōnibus diſſonāt opa:ſm̄ q̄ hoīes maxime oſtēdunt̄ amare ſeipſos:⁊ hoc ñ irrōnabiliter.prīo q̄dē: q₃ ſicut cōiter hoīes dicūt: op₃ hoīem maxime amare.ſ.eū q̄ maxime eſt nobis amicus.ille aūt ē maxie alicui amicus:q̄ maxime vult ei bonū ei⁹ gr̄a.⁊ ſi nullus ali⁹ ſciret:que q̄dē maxime exiſtūt hoī ad ſeipm̄.vnuſq̄ſq₃.n.maxime vult ſibi bona . ſic ergo p₃ ꝙ bō maxie d₃ amare ſeipſum.❡ Secundo ibi.

❡ Et reliqua vtiq₃ oīa q̄bus amicus determinatur. dictum eſt.n. quoniam ab ipſo oīa amicabilia ⁊ ad alios perueniunt.

❡ Inducit pro hac parte id qd̄ ſupra dictu₃ eſt. ⁊ dicit ꝙ reliq̄ oīa q̄bus determinat̄ ⁊ diffinit̄ q̄d ſit amicus. maxime exiſtūt hoī ad ſeipſu₃:vt ſupra dictū eſt:q₃ oīa amicabilia q̄ ꝯſiderātur in cōparatione ad alios p̄ueniūt ex amicabilibus que patit̄ bō ad ſeipſum.❡ Tertio ibi.

❡ S₃ ⁊ p̄uerbia oīa ꝯſentiūt.puta h̄ vna aīa. ⁊ cōia q̄ amicoꝝ. ⁊ eq̄litas amici ⁊ genu tybie.p p̄piquū. hec.n.oīa ad ſeip₃ maxie exiſtūt. maxie enī amicus ſibiīpſi ⁊ amādū maxime ſeipm̄.

❡ Inducit ad idē q̄dā p̄uerbia.⁊ dicit ꝙ oīa p̄uerbia q̄ vulgariter dicūtur cōſentiunt i hāc ptē ꝙ bō diligat maxime ſeipſum:ſicut ꝙ dr̄ vnā eſſe aīam duorū amicoꝝ.⁊ ꝙ ea q̄ ſunt amicoꝝ ſunt cōia. ⁊ ꝙ amicitia eſt q̄dā eq̄litas:⁊ ꝙ amicus ſe h₃ ad amicū:ſicut genu ad tibiā q̄ habēt maximā p̄pinq̄tatē. p hec āt oīa dat̄ intelligi ꝙ amicitia in quadā vnitate cōſiſtit:q̄ maxime ē alicuius ad ſe ipſum.⁊ ſic oīa predicta p̄uerbia maxie verificant̄ de aliq̄ reſpectu ſuīpſius:⁊ hoc iō:q₃ bō maxie eſt amicus ſibiīpſi.⁊ ſic bō maxie d₃ ſeipſum amare. ❡ Deinde cū dicit.

❡ Dubitatur autem conuenienter vtrum debitum ſequi ambobus habentibus credibile.

¶ Cõcludit dubitationẽ qõnis. ⁊ dicit ꝙ ↄueniẽter dubitatur quas rõnes predictorum ſit debitũ ſequi cũ ambe habeant aliquid credibile. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Forte igitᷣ tales opꝫ ſermonẽ diuidere ⁊ determinare ⁊ inquãtũ vtriqꝫ ⁊ quo verũ dicũt: ſi aũt accipiamꝰ amãs ſui equalr̃ vterqꝫ ⁊ quo verũ dicũt forte vtiqꝫ fiet manifeſtum.

¶ Soluit p̃miſſam dubitationẽ. ⁊ p̊ determiat modũ ſoluẽdi. 2° ſoluit ibi. (In obprobriũ qđ igr̃.) dicᷣ g̊ p̊ ꝙ tales ſmões q̃ hñt rões ꝓbabiles ꝓ vtraqꝫ ꝑte oꝫ diſtiguere ⁊ deteriare q̃ꝫtũ ex vtraqꝫ ꝑte verꝫ dicatᷣ: ⁊ i q̃ ⁊ ſic ſi accipiamus q̃lr̃ aliqs dicatᷣ amator ſui ſm vtrãqꝫ ꝑtẽ obiectionũ fiet verũ illud qđ queritᷣ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In opprobriũ qdẽ igr̃ ducẽtes ipꝫ amatores ſui vocãt ipſos q̃ ſibiipſis tribuũt plus in pecunijs ⁊ honoribꝰ ⁊ delectationibꝰ corꝑalibus. hᷓ.n. multi appetũt ⁊ ſtudẽt circa ipſa: vt optima entia ꝑꝑ qđ ⁊ circũpugnabilia ſũt: circa hᷓ vtiqꝫ auari largiuntur ⁊ ↄcupiſcẽtijs ⁊ totalr̃ paſſionibꝰ ⁊ irrõnabili aie. tales aũt ſũt multi. ꝑꝑ qđ ⁊ appellatio facta eſt a multũ prauo exiſtente. iuſte vtiqꝫ ſic philautus exprobratur.

¶ Soluit diſtiguẽdo p̃dictã dubitationẽ. ⁊ p̊ oñdit q̃lr̃ dicatᷣ amator ſui ſm ꝙ vituꝑatᷣ. 2° q̃lr̃ dicatᷣ ſꝫ ꝙ laudatᷣ. ibi. (Uidebitᷣ ãt vtiqꝫ ⁊c̃.) Circa p̊m duo fac̃. p̊ mãifeſtat ꝓpoᵐ. 2° ꝓbat qđ dixerat. ibi. (Qm̃ ãt talia ⁊c̃.) Dicᷣ g̊ p̊ ꝙ illi q̃ i obprobriũ reputãt eẽ amatorẽ ſui. illos vocant ſui amatores q̃ tribuũt ſibiipſis plus i bonis corꝑalibꝰ. ſ. i pecunijs ⁊ honoribꝰ ⁊ i delectatiõibꝰ corꝑalibꝰ: q̃les ſũt ciboꝝ ⁊ venereoꝝ. hꝯ.n. bõa multitudo hoĩum appetit: ⁊ attẽdũt ad ipſa hoĩes ac ſi eẽnt optĩa: ⁊ qꝛ multi q̃runt in his ſuꝑabũdãtiã quã nõ pñt oẽs ſil'hẽre. ſeqᷣ ꝙ circa hꝯ bõa fiãt pugne ⁊ cõtẽtiões. Illi ãt q̃ circa talia plus habũdãt: hoꝝ habũdãtiã cõuertũt ad ſatiſfaciẽdũ ↄcupiſcentijs: ⁊ vl'r alijs paſſiõibꝰ: ⁊ ꝑ ↄñs irrõnali ꝑti aĩe. ad quã ꝑtinẽt paſſiões: ⁊ ſic illi q̃ talia bõa appetunt amãt ſeipſos ſꝫ ꝑtẽ aĩe irrõnalẽ. ſ. ſenſitiuã. Multitudo ãt hoĩuꝫ talis ẽ: ꝙ magis ſeqᷣ ſenſũ q̃ꝫ itell'm: ⁊ iõ ipſa appellatio amantis ſeipm̃ ſũpta ẽ ab eo ꝙ ẽ prauũ: qđ multis ↄuenit. ⁊ ſic philautꝰ. i. amator ſuiipſiꝰ. ſꝫ hãc acceptionem poteſt in pluribus inueniri ⁊ iuſte exprobratur. ¶ Deinde cũ di.

¶ Qm̃ aũt talia ſibiipſis tribuẽtes ↄſueuerunt dicere multi philautos non imanifeſtũ. Si.n. qs ſemꝑ ſtudet iuſta agere ipſe maxime oĩum vel tẽperãta vel qualiacũque alia eorũ que ſm virtutes ⁊ totalr̃ bonũ ſemper ſibi acq̃rit. nullus dicet philautum hunc neqꝫ vituperabit.

¶ Probat qđ dixerat ⁊ dicᷣ mãifeſtũ eẽ. qm̃ m'lti ↄſueuerᷣt illos dicere philautos. i. amatores ſuiipſoꝝ: q̃ plꝰ tribuũt ſibi de bonis p̃dictis: q̃ ꝑtinẽt ad ꝑtẽ irrõnalẽ. qꝛ ſi aliqs velit ſuꝑabũdare i bonis rõnis q̃ ſũt oꝑa v̾tutũ. puta ſi velit maxime iter alios agere oꝑa iuſtitie vel tẽperãtie vel quecũqꝫ alia v̾tutis opera. ita ꝙ ſemꝑ velit ſibi boᵐ honeſtũ acq̃rere. nullus de p̃dicta multitudine vocabit eũ philautũ. i. amatorem ſui: vel ſi aliquis ſapiens vocet eũ philautum. hoc nõ dicet in eius vituperium.

Videbitur autem vtiqꝫ talis magis eẽ philautus.

¶ Poſtq̃ꝫ phs oñdit q̃lr̃ dicatᷣ aliqs amator ſui ſm ꝙ ẽ exprobrabile. hᷓ oñdit q̃lr̃ aliqs dicatᷣ amator ſui ſꝫ ꝙ ẽ laudabile. Et circa hᷓ duo fac̃. Prio oñdit eẽ quẽdã modũ quo aliqs ẽ amator ſui. aliũ a p̃dicto. 2° oñdit ꝙ ſm hũc modũ eẽ amatorẽ ſui ẽ laudabile ibi. (Circa quã igitᷣ ⁊c̃.) Circa p̊m tria facit. Prio oñdit illũ eẽ amatorẽ ſui q̃ ſibi tribuit habũdãtiã bonoꝝ rõnis. 2° oñdit ꝙ v̾tuoſus ẽ talis. ibi. (Qm̃ qdẽ igr̃ ⁊c̃.) Tertio oñdit hũc modũ amãdi ſe eẽ differẽtẽ a p̃miſſo. ibi. (Secũdũ alteraꝫ ſpẽm ⁊c̃.) Circa p̊m tria facit. Prio ꝓponit qđ itẽdit. ⁊ dicit ꝙ talis q̃ ſtudet excellere in oꝑibꝰ v̾tutis magis videtᷣ eẽ philautus. i. amator ſui q̃ꝫ ille q̃ tribuit ſibi ſuꝑhabũdãtiam bonorũ ſenſibiliũ. ¶ Scđo ibi.

¶ Tribuit.n. ſibiipſi optima ⁊ maxie bona.

¶ Probat ꝓpoſitũ duabꝰ rõnibꝰ. Quaꝝ p̊ª ẽ. qꝛ tãto magis aliqs amat ſeipm̃ q̃ꝫto maiora bona ſibi attribuit. ſꝫ ille q̃ ſtudet ſuꝑexcedere i operibus virtutis. tribuit ſibi optima. q̃. ſ. ſunt maxime bona. ſ. bõa honeſta. ergo talis maxime diligit ſeipſum. ¶ Scđaꝫ rõnẽ ponit ibi.

¶ Et largitur ſuiipſius principaliſſimo ⁊ omnia huic obediunt.

¶ Quia. ſ. talis largitᷣ bona ei qđ ẽ p̃ncipaliſſimũ i ipſo. ſ. itellectui: ⁊ facit ꝙ oẽs ꝑtes aĩe itellectui obediãt. tãto ãt aliqs magis amat aliq̃d q̃ꝫto magis amat illud qđ ẽ p̃ncipalius in eo. ⁊ ita pꝫ ꝙ ille q̃ vult ſuperexcellere i operibus v̾tutis maxime amat ſeipſum. ¶ Tertio ibi.

¶ Queãdmodũ ãt ⁊ ciuitas p̃ncipaliſſimũ maxime eẽ vr̃. ⁊ oĩs alia cõgregatio ſic ⁊ hõ ⁊ philautus vtiqꝫ maxie hoc diligẽs. ⁊ huic largiẽs.

¶ Probat qđ ſuppoſuerat. ſ. ꝙ ille qui amat id qđ eſt p̃ncipaliſſimum in ipſo. ſ. intellectum vel rõnem. maxime amat ſeipſum. ⁊ hoc oſtendit tribus rationibus. quaruꝫ prima eſt: ꝙ ciuitas maxime videtᷣ eſſe illud qđ eſt principaliſſimũ in ea. vnde illud qđ faciunt rectores ciuitatis in ea dicitur tota ciuitas facere. et eadeꝫ rõ eſt de oĩ alia re ex pluribus ↄſtituta. vñ ⁊ hõ maxime eſt idẽ qđ ẽ principale in eo. ſ. rõ vel intellectus. ⁊ ſic ille q̃ diligit intellectum vel rõneꝫ: ⁊ ei largitᷣ bona: maxime videtᷣ eſſe philautus. i. amator ſui. ¶ Secũdã rõnẽ ponit ibi.

¶ Et cõtinẽs igitᷣ ⁊ incõtinẽs dicitᷣ i tenere talẽ vel nõ: vt hoc vnoquoqꝫ ente.

¶ Dicitᷣ.n. aliqs cõtinẽs. q. ſe tenẽs: ⁊ icõtinẽs. q. non ſe tenẽs: ⁊ hᷓ inq̃ꝫtũ hõ retinet intellectũ ſequẽdo eiꝰ iudiciuꝫ vel non retinet per incõtinentiã. q. vnuſquiſqꝫ homo ſit hoc. i. ſuus intellectus. ⁊ ita videtᷣ ꝙ ille hõ vere ſe amet qui amat intellectum. ¶ Tertiam rõnẽ ponit ibi.

¶ Et egiſſe vr̃r ipi ⁊ volũtarie q̃ cũ rõe maxie.

¶ Et dicit ꝙ illa que hoĩes faciũt ꝑ rõnem maxime videtur ipſimet feciſſe ⁊ volũtarie facta eſſe: q̃ aũt hõ facit ꝑ ↄcupiſcentiã vel irã. q. nõ vr̃ ipſe feciſſe ꝓpria volũtate: ſꝫ extraneo motu ductus. ⁊ ſic pꝫ ꝙ hõ ẽ precipue id qđ eſt ſm intellectũ ⁊ rõnem. vnde maxime ſe amat quando amat intellectũ ⁊ rationem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qm̃ qdeꝫ igitᷣ hoc vnuſqſqꝫ eſt vel maxime nõ imanifeſtũ: ⁊ qm̃ epyiches magis hoc diligit. ꝑꝑ qđ philautus maxime vtiqꝫ erit.

¶ Oſtendit cui cõpetit ſm p̃dictũ modũ eſſe amatorem ſui. ⁊ dicit mãifeſtũ eẽ ex p̃dictis ꝙ vnuſqſqꝫ ẽ hᷓ. ſ. itell's vel rõ vel qꝛ aliq̃ alia ↄcurrunt ad eẽ hoĩs põt dici ꝙ hõ maxie ẽ hoc. ſ. itellectus vel rõ: qꝛ hoc ẽ formale ⁊ cõpletiuũ ſpẽi humane. manifeſtũ eſt ẽt ꝙ v̾tuoſus maxie diligit hoc. ſ. intell'm ⁊ rõnẽ: qꝛ totalr̃ ↄſeruat ipm̃: ⁊ in oĩbus obedit ei. vñ mãifeſtũ ẽ ꝙ v̾tuoſus maxime eſt philautꝰ idest amator ſui. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Scd̃m alteraꝫ ſpẽm exprobrati ⁊ differens tantum quãtũ ẜm rõnẽ viuere ꝗ ẜm paſſioneꝫ: ⁊ appetere bonum vel viſum conferre.

¶ Oñdit hũc modũ amãdi ſe differre ſpecie a p̃miſſo: ⁊ dicit: ꝙ v̾tuoſus ẽ amator ſui ẜꝫ alterã ſpẽm amãdi ſe ab eo qđ exprobrat̃: vt ſupra dictũ ẽ. ⁊ aſſignat duas drĩas. q̃rũ vna ẽ ex p̾te actionis. v̾tuoſus.n. amat ſeip̃m inq̃ꝫtũ viuit ẜm rõnẽ. ſed ille q vituperat̃ viuit ẜm paſſionẽ. ſeq̄t̃.n. paſſiões irrõnalis aĩe: vt. s̃. dictũ ẽ. alia v̾o drĩa ẽ ex p̾te finis. nã v̾tuoſus amat ſeip̃ꝫ: inq̃ꝫtuꝫ appetit ſibi id qđ eſt ſimpl̾r bo^m^. ille ãt q vitupat̃ amat ſeip̃ꝫ: inq̃ꝫtu appetit ſibi id qđ appet bonũ vtile: cũ tñ ſit nociuũ. ¶ Deiñ. cũ. d.

¶ Circa bonas quidem igitur actiones differẽter ſtudẽtes oẽs recipiunt ⁊ laudant.

¶ Oñdit ꝙ amare ſeip̃m hoc ſcđo mõ ẽ laudabile. ⁊ p̊ oñdit ꝓpo^m^. 2° excludit ab eo q 2° mõ amat ſeip̃ꝫ id ꝑꝑ qđ amator ſui vitupat̃. ibi. (Unũ.n.qđ.) Circa p̊^m^ tria fac̃. Priõ oñdit ꝙ ille q amat ſeipſũ ẜꝫ rõnẽ ẽ laudãd⁹. talis eni. vt dictũ ad ho c ſtudet. vt ſuꝑexcellat i opib⁹ v̾tutuꝫ. manifeſtũ ẽ ãt ꝙ oẽs acceptãt ⁊ laudãt eos q ſtudent ad bonas actiones differẽter ab alijs. i. ſuꝑabũdãti⁹ alijs: ⁊ ſic pꝫ ꝙ ille q̃ amat ſe ẜꝫ v̾tutẽ ẽ laudabilis. ¶ Scđo ibi.

¶ Oibus aũt ꝯtẽdẽtibus ad bonũ ⁊ intẽdẽtib⁹ optima agere: ⁊ cõiter vtiqꝫ omni erunt q̄bus indigere ⁊ propria vnicuiqꝫ maxi ma bonorũ ſiquidem virtus tale eſt.

¶ Oñdit ꝙ ẽt ẽ vtilis ⁊ ſibi ⁊ alijs. dcm̃ ẽ.n. ꝙ ille q amat ſeip̃m ẜꝫ v̾tutẽ ſtudet ſuꝑexcellẽter bñ agere. ſi ãt oẽs cõtẽderẽt ad bo^m^. ita. ſ. ꝙ vnuſq̄ſqꝫ itẽderet excellere aliũ i bonitate optie agẽdo: ſeq̄ret̃ ꝙ oẽs cõiter hẽrẽt ea q̄b⁹ indigẽt: ꝙ vnus alteri ſubueniret ⁊ ꝓpria vniuſcuiuſqꝫ fierẽt illa q̃ ſũt maxima bonoꝝ. ſ. v̾tutes. ¶ Tertio ibi.

¶ Quare bonum quidem opꝫ philantum eſſe. eteniꝫ ipſe iuuabit̃ bona agẽs ⁊ alios iuuabit. Malum aũt non opꝫ. ledet.n. ⁊ ſeipſum ⁊ ꝓximos prauis paſſionibus ſe quens.

¶ Infert duo correlaria ex p̄dictis. Quoꝝ p̊^m^ ẽ. optimũ eẽ ꝙ bon⁹ hõ amet ſeip̃ꝫ: q2 bõa agẽdo ⁊ ſe ⁊ alios iuuabit: ẜꝫ nõ opꝫ ꝙ malus amet ſeipſuꝫ: q2 ꝓſequẽdo prauas paſſiones: ⁊ ſeipſum ledet priuãdo ſe virtutibus: ⁊ ꝓximos p̾uãdo eos bonis ſenſibilibus. ¶ Scd̃m ponit ibi.

¶ Malo quidẽ igitur diſſonant que opꝫ agere ⁊ que agit. Oĩs.n. intellectus eligit bonũ ſibiipſi. Epyiches autẽ obedit intellectui.

¶ Et dic̃ ꝙ i malo hoĩe ꝯ̃ria ſũt ea q̃ agit ⁊ q̃ opꝫ ip̃m ager̃ agit.n. ꝯ̃ intell̾ꝫ ⁊ rõnẽ. Oĩs aũt itell̾s eligit id qđ ẽ opti^m^ ſibyp̃ſi. ⁊ ita malus nõ agit ea q̃ opꝫ ip̃m agere. ſed h̾ cõuenit v̾tuoſo q i oĩbus obedit itellectui. ¶ Deinde cũ. d.

¶ Verũ.n. qđ de ſtudioſo ⁊ amicorũ gr̃a multa agere ⁊ pati ⁊ ſi oporteat mori. proijciet eni ⁊ ſi pecunias ⁊ honores ⁊ totaliter circumpugnabilia bona procurans ſibyp̃ſi bonum.

¶ Excludit ab eo q amat ſe ẜꝫ v̾tutẽ id qđ s̃ poſitũ ẽ in accuſationẽ amãtis ſeip̃m. ſ. ꝙ nihil fac̃ ꝑꝑ aliũ: ⁊ circa hoc tria fac̃. p̊ ꝓponit qđ ĩtẽdit. 2° mãifeſtat ꝓpo^m^ ibi. (Paucũ.n. tp̃s ⁊c̃.) Tertio epilogãdo ꝯcludit v̾itatẽ q̃onis ibi. (Sic q̄dẽ igit̃ ⁊c̃.) Dic̃ g̊ p̊ veꝝ eẽ qđ dr̃ de v̾tuoſo ꝙ ml̾ta faciet gr̃a amicorũ ⁊ p̾rie. i. maxĩe iter oẽs alios: ⁊ ẽt ſi oporteat eũ mori ñ deſeret amicũ. pecũias v̾o ⁊ honores ⁊ oĩa alia exteriora bõa circa q̃ hoĩes pugnãt. q. ꝓijciet ⁊ ꝯtẽnet ꝑꝑ amicũ: per q̃e oĩa ꝓcurat ſibyp̃ſi bonuꝫ. ſ. honeſtũ: qđ eſt eminẽtius. vñ ⁊ i hoc ẽt magis amat ſeipſuꝫ ꝙ ſibi magis bonum procurat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Paucũ.n. tẽpus d̾lectari valde magis eliget vtiqꝫ q̃ꝫ ml̾tũ quiete: ⁊ viuere bñ annũ q̃ꝫ multos annos q̄litercũqꝫ: ⁊ vnã actionẽ bonam ⁊ magnã q̃ꝫ multas ⁊ ꝑuas moriẽtib⁹ ãt hoc forte accidit. Eligũt aũt magnũ bonũ ſibyp̃ſis.

¶ Mãifeſtat qđ dixerat. ⁊ p̊ q̃ꝫtũ ad mõtẽ quã v̾tuoſus ſuſtinet ꝓ amico 2° q̃ꝫtũ ad h̾ ꝙ ꝑꝑ amicũ ꝯtẽnit exteriora bõa. ibi. (Et pecũias ⁊c̃.) 3° q̃ꝫtũ ad actiones v̾tuoſas q̃s q̃nqꝫ v̾tuoſus amico ꝯcedit. ibi. (Cõtigit ãt ⁊c̃.) Dic̃ g̊ p̊ qđ iõ moriẽs ꝓ amico ꝓcurat ſibip̃ſi bo^m^: q2 magis eligit ꝑ paucũ tp̃s ml̾tũ delectari i magno ope v̾tutis q̃ꝫ ꝑ ml̾tũ tp̃s q̄ete. i. mediocriter delectari i mediocrib⁹ opib⁹ v̾tutis. ⁊ magis eliget excellẽter bñ viuere ꝑ vnũ ãnũ q̃ꝫ per ml̾tos ãnos mediocriter: ⁊ ſil̾r ẽt magis eliget vnã actionẽ bonã ⁊ magnam q̃ꝫ ml̾tas bõas ⁊ ꝑuas. hoc ãt accidit his q moriũtur ꝑꝑ v̾tutẽ. q2 lꝫ minus viuãt: i vna tñ ſola actione q̃ ſe ꝓ amico exponunt maius bonũ faciũt q̃ꝫ in alijs multis actionib⁹. ⁊ ita i hoc ꝙ ſe exponũt morti ꝓ amicis v̾tuoſe agẽdo magnũ bonum ſibyp̃ſis eligũt. ⁊ in hoc manifeſtũ eſt ꝙ maxime ſe amãt. ¶ Deinde cũ dic̃.

¶ Et pecunias ꝓijciũt vtiqꝫ in quo plura recipiẽt amici. Fiunt.n. amico quidẽ pecunie. ipſi aũt bonũ. maius aũt bonũ ſibyp̃ſi tribuit.

¶ Manifeſtat idẽ q̃ꝫtũ ad ꝯtẽptuꝫ exterioꝝ bonoruꝫ. ⁊ p̊ q̃ꝫtũ ad pecuniã: ⁊ dic̃: ꝙ v̾tuoſi cã amicorũ ꝓijciũt. i. cõtẽnũt vl̾ diſꝑgũt pecũias. ita. ſ. ꝙ eoꝝ amici plura circa pecunias accipiũt: ⁊ i hoc ẽt magis ſe amãt ẜm veritatẽ. dũ eni aliq̄s pecuniã concedit amico ⁊ ſibyp̃ſi acq̄rit bonuꝫ honeſtũ. manifeſtuꝫ eſt ꝙ magis bonũ ſibyp̃ſi attribuit. ⁊ ſic magis ſe amat. ¶ Secundo ibi.

¶ Et circa honores aũt ⁊ p̾ncipatus idem modus. oĩa.n. amico ꝓijciet. bonum.n. ipſi hoc: ⁊ laudabile conuenienter vtiqꝫ videtur ſtudioſus eſſe. pro omnibus eligens bonum.

¶ Oñdit idẽ circa honores ⁊ circa dignitates. ⁊ dic̃ ꝙ eodẽ mõ ſe hꝫ circa honores ⁊ p̾ncipat⁹. oĩa.n. h̾ v̾tuoſus de facili dereliquet ꝑꝑ amicũ: q2 hoc ip̃m ẽ qđdã bonũ op⁹ v̾tutis ⁊ laudabile: ⁊ ſic pꝫ ꝙ v̾tuoſus cõueniẽter facit loco oĩuꝫ exterioꝝ bonoꝝ eligẽs bonũ v̾tutis qđ ẽ magnũ. ⁊ ſic maxime diliget ſeipſum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cõtingit aũt ⁊ actiones amico ꝓijcere: ⁊ eſt meli⁹ eo qđ ẽ ip̃a oꝑari cãm amico fieri. In oĩbus laudabilib⁹ ſtudioſus videt̃ ſibyp̃ſi boni plus tribuẽs. ſic q̄dẽ igit̃ opꝫ philautũ eẽ: quẽadmodũ dictũ eſt: vt aũt multi non opꝫ.

¶ Oſtendit idẽ quantũ ad ipſas actiones virtutis: ⁊ dicit ꝙ cõtingit quandoqꝫ ꝙ virtuoſus ẽt actiones virtuoſas concedit ſuo amico. puta ſi ſit aliquod opus virtutis faciendum per ipſum vel alteruꝫ concedit ꝙ fiat ꝑ amicũ: vt ex hoc proficiat ⁊ laudetur: ⁊ tñ in hoc etiaꝫ accipit ſibi id qđ eſt melius. meli⁹ eſt.n. ⁊ magis virtuoſum ꝙ ip̃e ſit cã amico ſuo talia faciẽdi q̃ꝫ etiam ſi ipſe faceret: preſertim cum ſibi remaneat oportunitas. alias talia maiora faciẽdi. ſic ergo pꝫ ꝙ virtuoſus plus ſibi tribuit de bonõ quantum ad oĩa laudabilia. ⁊ ſic maxime amat ſeipſum. Ultimo aũt epilogãdo concludit ꝙ opꝫ eſſe amatorem ſui ſic ſicut dictũ eſt de virtuoſo. nõ autem ſicut multi homines: qui. ſ. nõ ſunt virtuoſi amãt ſeipſos.

Dubitatur autem circa infelicem ſi indigebit amicis vel non.

¶ Poſtq̃ ph̃s inquiſiuit ⁊ ſoluit queſtionez que mouebatur ex parte amãtis reſpectu ſui ipſius. hic ſoluit dubitationem que mouebatur ex parte amãtis reſpectu alterius. ⁊ primo proponit dubitationem. ſcđo oſtendit dubitationem eſſe rõnabilem. ibi. (Nihil. n. aiunt ⁊c̃.). Tertio ſoluit. ibi. (Quid igitur ⁊c̃). Dicit ergo primo ꝙ dubitatio eſt circa felicẽ vtrũ indigeat amicis vel non. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nihil enim aiunt opus eſſe amicis beatis ⁊ per ſe ſufficiẽtibus. exiſtunt. n. bona per ſe. ſufficientes igitur entes nullo indigere. amicum autem aiunt alterum ipſum entem tribuere q̃ per ſeipſum non poteſt.

¶ Oſtẽdit dubitationẽ eſſe rationabilem obyciendo ad vtrãqz partem. ⁊ primo obycit ad partẽ negatiuam. Secũdo ad partẽ affirmatiuaz. ibi. (Aſſimilat̃ aũt ⁊c̃.) Circa p^m obycit duplr̃. p̊ qdẽ p rõnẽ. dicũt. n. qdã ꝙ beati cũ ſint ſibi p ſe ſufficiẽtes nõ idigẽt aĩcis. cũ. n. oĩa bõa ipſis exiſtant ⁊ habẽtes per ſe bonoꝛuz ſufficientiã nullo alio videntur indigere. amicus autem videtur eſſe neceſſarius. qꝛ cũ ſit alter ipſe tribuit ea que homo per ſeipſuz habere nõ poteſt. ⁊ ſic videtur ꝙ beatus non indigeat amicis. ¶ Secundo ibi.

¶ Unde cũ demon bñ det qd opus eſt amicis.

¶ Inducit ad idẽ quoddam prouerbiũ ꝙ tempoꝛe gentilium dicebat̃. ſ. cũ demon aliquid boni dat: non eſt opus amicis. ponebãt. n. gentiles ⁊ maxime platonici talẽ eſſe prouidẽtie oꝛdinẽ: ꝙ res humane mediãtibus demonibus per diuinã prouidentiã gubernarentur: demonũ tamen dicebant quoſdam eſſe bonos: quoſdaz eſſe malos. eſt ergo prouerbiũ ꝙ cũ per diuinam prouidentiam homini bona proueniunt. ſic videtur contingere felicibus ꝙ non indiget homo auxilio amicoꝛuz. ¶ Deinde cũ d.

¶ Aſſimilatur autez inconuenienti. h omnia attribuentes bona felici amicos nõ aſſignare: qđ videtur exterius bonoꝛum ⁊ maximum eſſe.

¶ Obycit ad partem contrariam tribus rationibus. videtur enim eſſe incõueniẽs ꝙ omnia exterioꝛa bona dẽtur felici ⁊ amici non ſibi dentur: cum tamen amicus ſit quoddam maximum inter exterioꝛa bona. ¶ Secũdam rationem ponit ibi.

¶ Si ãt amici magis ẽ bñfacere q̃ȝ pati: ⁊ ẽ boni ⁊ ṽtutis bñfacere meli⁹ ãt bñfacere amicis q̃ȝ extraneis bene paſſis indigebit ſtudioſus

¶ Et circa hoc duo facit. primo ponit rationem: vt. n. ſupra dictũ eſt: magis ꝑtinet ad amicũ benefacere q̃ȝ bene pati. ꝓpꝛiũ aũt eſt virtutis benefacere. felicitas aũt cõſiſtit in operatione ṽtutis: vt in primo dictũ eſt. ⁊ ſic neceſſe eſt felicẽ eſſe virtuoſum: ⁊ per ꝯñs ꝙ benefaciat. melius ãt eſt ꝙ hõ benefaciat amicis q̃ȝ extraneis ceteris paribus: qꝛ hoc hõ delectabilius ⁊ ꝓ̃ptius facit. ergo felix cũ ſit ṽtuoſus idiget amicis qbus bñfaciat. ¶ Scđo ibi.

¶ Propter qđ rurſus ⁊ queritur vtrum in bonis foꝛtunis magis opus eſt amicis: vel in infoꝛtuniјs: vt infoꝛtunato benefacturis indigẽte: ⁊ benefoꝛtunatis quibus benefacient.

¶ Cõcludit ex premiſſis quãdã dubitationem. vtrũ. ſ. hõ magis indigeat amicis in bonis foꝛtuniјs q̃ȝ ifoꝛtuniјs. i vtraqz. n. foꝛtuna vr̃ hõ indigere amicis. infoꝛtunat⁹ enĩ indiget amicis qui ei benefaciãt: ſed bñ foꝛtunatus amicis: qbus ipſe bñfaciat. hanc aũt dubitationẽ inferius ꝓſequetur. ¶ Tertiam rationem ponit ibi.

¶ Inconueniens autem foꝛte hoc ⁊ ſolitariuz facere beatum. Nullus enim eligeret vtiqz ſƺ ſeipſum omnia habere bona. Politicum enim homo ⁊ conuiuere aptus natus. ⁊ felici itaqz hoc exiſtit. ꝙ enim bona nature habet. manifeſtum eſt autem ꝙ cum amicis ⁊ his qui ſunt epyiches melius q̃ȝ cum extraneis ⁊ quibuſcunqz cõmoꝛari. opus eſt ergo felici amicis.

¶ Et dicit ꝙ hoc vr̃ eſſe incõueniẽs ꝙ beatus ſit ſolitarius. hoc. n. eſt ꝯ cõem oĩum electionẽ. nullus. n. eligeret vt ſemꝑ viueret ſm ſeipſum. ſ. ſolus: etiã poſtq̃ȝ oĩa alia bona haberet: qꝛ hõ nãliter eſt aĩal politicũ ⁊ aptus natus ꝯuiuere aliјs. qꝛ igitur felix hƺ ea q̃ ſunt bona homini: cõueniẽs eſt ꝙ habeat cũ qbus cõuiuat. manifeſtũ eſt ãt ꝙ meli⁹ ẽ ipƺ ꝯuiuere amicis ⁊ ṽtuoſis q̃ȝ extraneis ⁊ qbuſcũqz. ſic g̊ manifeſtũ ẽ ꝙ felix idiget aĩcis. ¶ Deiñ cũ. d.

¶ Quid igitur dicunt primi ⁊ q̃o veruz dicũt: vel quoniã multi amicos exiſtimant vtiles eẽ: ⁊ talibus quidem igitur non indigebit btũs: qꝛ bona exiſtunt ipſi. neqz vtiqz his qui propter delectabile vel in parum. delectabilis enim vita ens nihil indiget ſuperinducta delectatione. non indigẽs autez talibus amicis non videtur indigere amicis.

¶ Soluit p̃dictã dubitationẽ. ⁊ p̊ oñdit q̃o verũ dicant q negãt felicẽ idigere amicis. Scđo q̃o dicãt falſuz ibi. (Hoc aũt nõ eſt.) Dicit g̊ p̊. ꝙ cũ ꝓbatũ ſit ꝙ felix idigeat amicis: opƺ ꝯſiderare qd ſit qđ primi dicũt: negãtes felicẽ idigere amicis. ⁊ q̃ȝtũ ad qd veꝝ dicãt. Circa qđ cõſiderãdũ ꝙ multi exiſtimãt illos eſſe amicos q ſunt eis vtiles ⁊ in collatione: exterioꝛũ bonoꝝ: q̃ ſola populares homines cognoſcunt. talibus ergo amicis nõ idiget beat⁹. qꝛ ſufficit ſibi in bonis que hƺ. ſilr̃ ẽt nõ idiget amicis ꝑꝑ delectabile niſi parũ. inquãtũ. ſ. in ꝯuerſatione humana neceſſe eſt vtili ludicris ad quietẽ: ſicut in. 4° dictuƺ eſt. felicis. n. vita cum ſit delectabilis ſm ſeipſam: vt in p̊io dictũ eſt. nõ idiget ſuꝑ inducta delectatione: ꝑꝑ quã ſint ſimplr̃ neceſſariј amici: ⁊ cũ ñ idigeat talib⁹ amicis. ſ. vtilibus ⁊ đlectabilib⁹: vr̃ nõ idigere amicis. ¶ Deiñ cũ. d.

¶ Hoc autem nõ eſt foꝛte verum. In principio enim dictum eſt: qm̃ felicitas operatio quedã eſt. operatio enim manifeſtum quoniam fit ⁊ nõ exiſtit quemadmodum poſſeſſio quedam. Si autem felicem eſſe eſt inuiuere ⁊ operari. boni autẽ operatio ſtudioſa ⁊ delectabilis ſm ſeipſam quemadmodum in principio dictum eſt. Eſt autem ⁊ pꝛopꝛium delectabilium. ſpeculari autem magis pꝛoximos poſſumus q̃ȝ noſmetipſos ⁊ illoꝛum actiones q̃ȝ pꝛopꝛias. Studioſoꝛum vtiqz actiones amicoꝛum entium delectabiles bonis. ambo enim habẽt que natura delectabilia: beatus vtiqz amicis talib⁹ indigebit. Siquidem ſpeculari indiget actio

nes ſtudioſas ⁊ proprias. tales autem que boni amici entis.

Oſtēdit nō eſſe oīno veruꝫ qđ dicit̄: ⁊ p̄mo hoc oſtēdit quibuſdā rōnibus moralibus. 2º per quandā rōnē magis nālē. ibi. (Naturalius aūt intēdentibꝰ ⁊c̄.) Circa p̄m ponit tres rōnes. Primo non eſſe verū qđ dcm̄ eſt. ſ. ꝙ ſi felix nō indiget amicis vtilibus ⁊ delectabilibus: ꝙ propter hoc nō idigeat amicis. ſunt enī amici qdā ꝓpter virtutē qbus indiget: cuius p̄ma rō eſt: q2 ſicut in p̄mo dcm̄ eſt. felicitas eſt operatio quedā. manifeſtū eſt autem ꝙ operatio cōſiſtit in fieri: ⁊ nō eſt qddā exiſtens ad modū rerū permanentū. ſicut ſi eſſet aliqua poſſeſſio qua habita eſſet homo felix: ita ꝙ nō oporteret eū aliqd opari: ſ3 eſſe felicē ꝯſiſtit in viuere et operari cōtinue. op3 aūt ꝙ operatio boni viri ſit bona ⁊ delectabilis ſm̄ ſeipſaꝫ: q2 eſt per ſe bona. ſicut in p̄mo libro dcm̄ eſt: eſt aūt operatio bona inter delectabilia ꝓpriuꝫ delectabile virtuoſi. nō. n. v̄tuoſus eſſet quiꝰ nō delectaret̄ in operatiōe virtutis. vt in p̄mo dcm̄ eſt. requirit̄ ergo ad felicitatē: ꝙ felix delectet̄ in opere v̄tutis: nō aūt poſſumus delectari niſi in eo qđ cognoſcimus. magis aūt poſſumus ſpeculari proximos q̄ꝫ nos ipſos: ⁊ actiones illoꝝ q̄ꝫ noſtras: q2 vniuſcuiuſq3 iudiciū in ꝓprijs magis deficit ꝓpter p̄uatū affectū: quē h3 ad ſeipſuꝫ. ſic igit̄ p3 ꝙ bonis hominibus delectabiles ſunt actiōes eoꝝ q ſunt ⁊ boni amici: in qbus īueniunt̄ ambo: que ſunt ſm̄ nām̄ delectabilia. ſ. bonū ⁊ amatuꝫ. ſic igit̄ btūs idigebit talibus amicis v̄tuoſis: inq̄ꝫtū q̄rit ꝯſiderare bonas actiōes viri boni q eſt amicꝰ: q2. n. amicus hoīs eſt. q. alter ipſe: actōes amici ſunt ſibi q̄ſi ꝓp̄e. Secundā rōnem ponit ibi.

Exiſtimant aūt oportere delectabiliter viuere felicem. Solitario qdeꝫ igit̄ difficilis vita. nō facile. n. ſm̄ ſeipſum operari continue. cuꝫ alteris aūt ⁊ ad alios facile. Erit igit̄ operatio magis ꝯtinua delectabilis exiſtens ſm̄ ſeipſaꝫ qđ op3 circa beatū eſſe. ſtudioſus enim ſm̄ ꝙ ſtudioſus his que ſm̄ virtutem actionibꝰ gaudet. his autem que a malitia triſtat̄. queadmoduꝫ muſicus bonis melodijs delectat̄. in prauis autem triſtatur.

Et dicit ꝙ cōiter exiſtimant ꝙ feliceꝫ op3 delectabiliter viuere. eſt. n. delectatio vnū eoꝝ que requirunt̄ ad felicitatē. vt in p̄mo dcm̄ eſt. ille aūt qui ſolitariꝰ viuit: patit̄ difficilē. i. grauē vitā. op3. n. ꝙ interrūpat̄ ſua delectatio: que opationē ꝯſequit̄. nō. n. eſt facile ꝙ hō ſm̄ ſeip̄ꝫ. i. ſolitarius exn̄s ꝯtinue operet̄: ſed hoc eſt facile. ſi cuꝫ altero exiſtat. fit. n. quedā viciſſitudo operationū dū ad ſeinuicē bona opant̄: ⁊ ſic cōtinuat̄ delectatio. ſi igit̄ homo cum amicis moret̄: opatio eius que eſt delectabilis ſm̄ ſeipſam. ſ. v̄tuoſa: erit magis ꝯtinua: ⁊ hoc op3 exiſtere circa beatū. vt. ſ. ꝯtinue delectet̄ in operibus virtutis. virtuoſus. n. inquantum hꝰ gaudet in actiōibus virtuoſis ſiue a ſe ſiue ab alijs factis: ⁊ cōtriſtatur in operibus contrarijs: que ex malitia alicuius ꝓcedunt. ſicut muſicus delectatur in bonis melodijs ⁊ offenditur in malis. Tertiam rōnem ponit ibi.

Fiet aūt vtiq3 ⁊ aſceſis quedā virtutis ex cōuiuere bonis queadmodum theognis ait.

Et dicit ꝙ ex hoc ꝙ v̄tuoſus cōuiuit amicabilr̄ bonis viris fit aſceſis. i. ꝯſociatio in v̄tute. ſicut dixit theognis qdā poeta: ⁊ talis ſotietas opportuna eſt cuilibet ⁊ v̄tuoſo: ſicut ⁊ alia hūana opa meliꝰ ꝑficiunt̄ in ſocietate.

Naturalius autē3 intendentibus videtur ſtudioſus amicus ſtudioſo natura eligibilis eſſe. xi

Poſtq̄ꝫ phs aſſignauit q̄ſdaꝫ rōnes morales: ex qbꝰ appet ꝙ felix īdiget amicis: nūc oñdit idē per q̄ꝫdā rōnē magis nālē: ⁊ p̄ oñdit ꝙ felici eligibile eſt hr̄e amicū. 2º ꝯcludit vlterius: ꝙ felix amicis indiget. ibi. (Qđ aūt eſt ipſi ⁊c̄.) Circa p̄m duo facit. Primo ꝓpōit ꝙ intēdit: ⁊ dicit ꝙ ſiqs velit ꝯſiderare ꝑ rōnē magis nālē manifeſte appebit ꝙ v̄tuoſo ⁊ felici amicus v̄tuoſus eſt nālr̄ eligibil: ēt magis q̄ꝫ alia ⁊ exteriora bona. 2º ibi.

Natura enim bonuꝫ dictuꝫ eſt: quoniam ſtudioſo bonum ⁊ delectabile eſt ſm̄ ſeipſum.

Probat propoſitum: ⁊ p̄mo oſtendit quid ſit naturaliter eligibile ⁊ delectabile v̄tuoſo reſpectu ſuiipſius. 2º oñdit qd ſit ſibi eligibile ⁊ delectabile reſpcū amici. ibi. (Ut aūt ad ſeipſuꝫ ⁊c̄.) Circa p̄ꝰ duo facit. Primo oſtēdit ꝙ v̄tuoſo nāliter eſt eligibile eſſe ⁊ viuere. 2º oñdit ꝙ eſt ſibi delectabile ⁊ eligibile hoc ſentire. ibi. (Uidēs aūt ⁊c̄.) Circa p̄mū ponit talē rōnem. omne qđ eſt bonū nāliter eſt v̄tuoſo bonū ⁊ delectabile ſm̄ ſeip̄m. vt p3 in his que. s. in. 7. dicta ſunt: ſ3 eē ⁊ viuere nāliter eſt bonū ⁊ delectabile viuētibꝰ ē. ģ eſſe ⁊ viuere eē bōm ⁊ delectabile v̄tuoſo. maior ꝑ ſe p3 in lr̄a. Minorē ponit. ibi.

Viuere aūt d̄terminā̄t aīalibꝰ potētia ſenſus hoībus aūt ſenſus ⁊ ītellectus. Potētia aūt ad opatōeꝫ reducit̄. pꝛīcipale aūt in opatiōe. videtur aūt viuere eē pꝛīcipalr̄ ſentire vel ītelligē.

Circa quaꝫ tria facit. Primo enim manifeſtat in quo ꝯſiſtat viuere: ⁊ dicit ꝙ in oībus anīalibus cōiter determinat̄ viuere ſm̄ potentiā ſenſus. in hoībꝰ aūt determinatur ſm̄ potentiā ſenſus quātum ad id qđ h3 cōmune cū alijs anīalibus: vel ſm̄ potentiā ītellectus quātuꝫ ad id qđ eſt ꝓpriū ſibi. oīs aūt potentia reducit̄ ad opōnē. ſicut ad ꝑfectionē ꝓpriā. vñ id qđ eſt p̄ncipale ꝯſiſtit in operatiōe ⁊ nō in potētia nuda. eſt. n. actus potior q̄ꝫ potētia. vt ꝓbat̄ in. 9. metaphyſi. ⁊ ex hoc p3: ꝙ p̄ncipalr̄ viuere anīalis vel hoīs eſt ſentire vel ītelligere. dormiens. n. q2 nō actu ſentit vel intelligit nō ꝑfecte viuit: ſ3 h3 dimidiū vite. vt in p̄mo dcm̄ eſt. Secundo ibi.

Viuere aūt eoꝝ que ſm̄ ſeip̄m bonoꝝ ⁊ delectabiliū. determinatū aūt. determinant. n. eiꝰ que bone nature. Natura aūt bonū ⁊ epyichi bonū. ꝓꝑ qđ videbit̄ oībꝰ delectabile eē.

Oñdit ꝙ viuere ſit nāliter bonū ⁊ delectabile: ⁊ dicit ꝙ ipſum viuere eſt de numero eorum: que ſm̄ ſe bona ⁊ delectabilia ſunt: ⁊ hoc ꝓbat per hoc qđ eſt determinatum. illud autum qđ eſt determinatum pertinet ad naturam boni. Ad cuius euidentiā ꝯſiderādū eſt ꝙ potentia quantū eſt de ſe indeterminata eſt: q2 ſe h3 ad multa: determinat̄ aūt per actū. ſicut p3 in mā ⁊ forma. potētia aūt ſine actu eſt potētia cū p̄uatiōe q̄ facit rōneꝫ mali. ſicut ꝑfectio q̄ eſt ꝑ actū facit rōnem boni. ⁊ iō ſicut aliqd inquātuꝫ eſt indeterminatū eſt malū: ita determinatuꝫ inquātuꝫ hꝰ eſt bonū. viuere aūt determinatū eſt. p̄ſertiꝫ ſm̄ ꝙ p̄ncipaliter in operatiōe ꝯſiſtit. vt dcm̄ eſt. vñ p3 ꝙ viuere eſt naturaliter bonū. etiā v̄tuoſo bonuꝫ eſt: cum virtuoſus ſit menſura in genere humano. vt dictū eſt. ⁊ ideo: q2 viuere eſt naturaliter bonum: videmus ꝙ omnibus eſt delectabile. Tertio ibi.

¶ Nō opꝫ aūt accipere malā vitā ⁊ corruptā neqꝫ in triſticijs. indeterminata.n.talis queadmodum exiſtentia ipſi. in habitis autem de triſtitia erit manifeſtius.

¶ Remouet dubiū dicens: ꝙ in eo qḋ dcm̄ eſt: ꝙ viuere eſt nāliter bonū ⁊ delectabile: nō oꝫ accipe vitā malā.i. vicioſam ⁊ corruptā.i.recedētē a vero ordine: neqꝫ etiā vitā: q̄ eſt in triſtitijs.talis vita nō eſt nāliter bona: q2 eſt indeterminata.i.debita ꝑfectiōe carēs.ſicut ⁊ ea q̄ circa ipſaꝫ exiſtūt: q2.n.vnūqḋqꝫ determinatᷣ ꝑ id qḋ exiſtit: ſi illud fuerit īdeterminatū ⁊ ipꝫ īdeterminatuꝫ erit.puta ſi egritudo eſt īdeterminata ⁊ corpus egrū erit indeterminatū: ⁊ ſic vita q̄ eſt cū malitia ⁊ triſtitia eſt īdeterminata ⁊ mala: ſicut ⁊ ipa malitia ⁊ corruptio ſeu triſtitia: ⁊ hoc magis erit manifeſtū in hitis.i.in ꝯñtibus in qb⁹ de triſtitia agetur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si aūt ipſum viuere bonum ⁊ delectabile. videtᷣ aūt ⁊ ex eo qḋ eſt oēs appetere ipſum. ⁊ maxime ⁊ epyiches ⁊ beatos. his eni vita eligibilior ⁊ horum beatiſſima vita.

¶ Infert ꝯclōnē ꝑdicte rōnis: ⁊ dicit ꝙ ſi ipſuꝫ viuere eſt nāliter bonū ⁊ delectabile ꝙ nō ſoluꝫ apparet ex ratiōe predicta: ſꝫ etiā ex hoc ꝙ oēs appetūt ipſuꝫ. ſeqᷣ ꝙ maxime v̄tuoſis ⁊ beatis ſit bonū ⁊ delectabile viuere: q2 eni hoꝝ vita eſt ꝑfectiſſima ⁊ beatiſſima. ideo eſt ab eis magis eligenda. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Videns aūt: q2 videt ſentit: ⁊ audiēs: qm̄ audit: ⁊ vadēs qm̄ vadit: ⁊ in alijs ſilr̄ eſt aliquid ſentiēs: qm̄ opamur. Sentimus vtiqꝫ: qm̄ ſentimus: ⁊ itelligimus qm̄ itelligimus. Hoc aūt qm̄ ſentimus vel intelligimus qm̄ ſumus. eſſe eni erat ſentire vel ītelligere. Sētire aūt qm̄ viuit delectabiliū ꝯm ſeipm̄. natura eni bonū vita. bonuꝫ aūt exñs in ſeipo ſentire delectabile. ⁊ eligibile autē ⁊ viuere ⁊ maxime bonis: qm̄ eſſe bonuꝫ eſt ipſis ⁊ delectabile ſimul. ſentiētes.n. ꝙ ꝯm ſeipſum bonum delectantᷣ.

¶ Oſtēdit ꝙ ſentire ſe viuere eſt eligibile ⁊ delectabile v̄tuoſo. ille.n. q videt ſe videre ſentit ſuā viſionem. ⁊ ſilr̄ eſt de illo q audit ſe audire. ⁊ ſilr̄ ꝯtingit in alijs: ꝙ aliqs ſentit ſe opari. in hoc aūt ꝙ nos ſentimus nos ſentire ⁊ itelligimus nos eē. dcm̄ eſt.n.s̄. ꝙ eſt ⁊ viuere hoīs ⁊ p̄ncipaliter eſt ſentire vel ītelligere: ꝙ aūt aliqs ſentiat ſe viuere eſt de nuō eoꝝ: q̄ ſunt ꝯm ſe delectabilia: q2 ſicut.s̄. ꝓbatū eſt: viuere eſt nāliter bonū: ꝙ aūt aliqs ſentiat bonuꝫ eſſe in ipſo eſt delectabile: ⁊ ſic pꝫ ꝙ cū viuere ſit eligibile ⁊ maxime bonis qbus eſt bonū eſſe ⁊ delectabile: qḋ etiaꝫ percipe ſe ſentire ⁊ itelligere eſt eis delectabile: q2 ſil̄ cum hoc ſentiūt id qḋ eſt eis ꝯm ſe bonū.ſ. eſſe ⁊ viuere ⁊ in hoc delectatᷣ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Vt aūt ad ſeipm̄ hꝫ ſtudioſus ⁊ ad amicuꝫ. Alter.n.ipē amicus eſt. queadmodū igitᷣ ſeipꝫ eſſe eligibile eſt vnicuiqꝫ. ſic ⁊ amicū vel ꝓxime. eſſe aūt eligibile erat ꝓpter ſentire ipm̄ bonum entē. talis autē ſenſus delectabilis ꝯm ſeipm̄. Conſentire igitᷣ opꝫ ⁊ amicū: qm̄ eſt. hoc aūt vtiqꝫ fiet in ꝯuiuere ⁊ cōicare ſermonibus ⁊ mēte. Sic.n. vtiqꝫ videbitᷣ ꝯuiuere in hominibus dici: ⁊ nō queadmoduꝫ in pecoribus in eodē paſci. Si itaqꝫ beato eſſe eligibile eſt ꝯm ſeipſuꝫ bonū natura ens ⁊ delectabile. ꝓximū aūt ⁊ amici eſt: ⁊ amicus eligibiliū erit.

¶ Oñdit ex p̄miſſis qd ſit v̄tuoſo ⁊ felici eligibile ⁊ delectabile reſpcū amici: ⁊ dicit ꝙ v̄tuoſus ita ſe hꝫ ad amicū ſic ad ſeipſuꝫ: q2 amicus quodāmō eſt alter ipē. ſicut: igitᷣ vnicuiqꝫ v̄tuoſo eſt eligibile ⁊ delectabile ꝙ ipſe ſit: ſic eſt ei eligibile ⁊ delectabile ꝙ amicus ſit: ⁊ ſi nō eq̄lr̄ tn̄ ꝓpinque. maior eſt.n. vnitas nālis q̄ eſt alicui⁹ ad ſeipſuꝫ q̄ꝫ vnitas affectus q̄ eſt ad amicū. dcm̄ eſt aūt.s̄. ꝙ v̄tuoſo eſt eligibile ſuū eſſe ⁊ viuere. ꝓpter hoc ꝙ ſentit ſuū eē ⁊ viuere eſſe boᵐ. talis aūt ſenſus eſt delectabilis ꝯm ſeipſuꝫ: quo.ſ. aliqs ſentit boᵐ ſibi ieſſe. ſicut g̊ aliqs delectatᷣ in ſuo eſſe ⁊ viuere ſentiēdo ipſuꝫ: ita ad hoc ꝙ delectetᷣ in amico: opꝫ ꝙ ſimplr̄ ſentiat ipſuꝫ eſſe: qḋ qdē ꝯtiget ꝯuiuēdo ſibi ꝯm cōicatiōeꝫ ſmonū ⁊ ꝯſideratiōnē mētis. hoc.n.mō hoīes dñr ꝓpe ſibi ꝯuiuere: ꝯm.ſ. vitā q̄ eſt hoī ꝓpa. nō aūt ꝯm hoc ꝙ ſil̄ paſcantᷣ. ſicut ꝯtingit in pecorib⁹. ſic g̊ ex oībus p̄miſſis ꝯcludit id qḋ ꝓpoſuerat dicēs: ꝙ ſi beato eſt ꝯm ſe eligibile ſuū eſſe: īquantuꝫ eſt nāliter bonū ⁊ delectabile: cū eē ⁊ vita amici ſint q̄ꝫtuꝫ ad eius affectū ꝓpinq̄ ꝓpe vite: ꝯñs eſt: ꝙ ēt amic⁹ ſit eligibilis v̄tuoſo ⁊ felici. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qḋ aūt ⁊ ipſi eligibile. hoc oportet exiſtere ipſi vel ſic indigens erit. Opus ergo erit felicitanti amicis ſtudioſis.

¶ Oñdit vlterius ꝙ felici ſint necarij amici. qḋ.n. eſt felici eligibile: oꝫ ei ieſſe. alioqn remanebit ſi idigētia: qḋ eſt ꝯ̄ rōnē felicitatis: q̄ reqrit ſufficiētiā. reqritᷣ g̊ ꝙ ille q eſt in ſtatu felicitatis opus habeat amicis virtuoſis. loquitᷣ aūt h̄ de felicitate qualis pōt eſſe in hac vita. ſicut in primo dictum eſt.

V Trum igitᷣ q̄ꝫplurimos amicos faciēdū. vel queadmodū i ꝑegrinatōe prudenter dcm̄ eſt in hoc neqꝫ multū peregrinus neqꝫ nō peregrinus nocet ⁊ in amicitia congruet: neqꝫ nō amicū eſſe: neqꝫ rurſus multū amicū ꝯm ſupabūdantiā. 2ª

¶ Poſtq̄ꝫ phs ꝓſequutus eſt q̄ſdā dubitatōes circa amicitiā ex ꝑte amātiū. h̄ ꝓſequitᷣ dubitatiōes ex ꝑte eoꝝ q amantᷣ. ponit aūt circa hoc tres dubitatiōes. quaꝝ p̄ma eſt de nuō amicoꝝ. 2ª de necītate ipſoꝝ. ibi (Vtrū aūt in bonis ⁊c̄.) 3ª de ꝯuictu eoꝝ. ibi (Vtrū igitᷣ queadmodū ⁊c̄.) Circa p̄ᵐ duo facit. Prio ꝓpōit dubitatōeꝫ. vtrū .ſ. aliqs debeat ſibi facere q̄ꝫplurimos amicos vel nō: ſꝫ ſic prudēter vr̄ eē dcm̄ de ꝑegrinatiōe in ꝓuerbio cuiuſdā dicentis. nō nocet multū ꝑegrinus: neqꝫ nō ꝑegrinus .i. nō dicatᷣ de me ꝙ nimis diſcurraꝫ per diuerſas terras inutiliter: neqꝫ etiā ꝙ nūq̄ꝫ extra domū exeam ꝑegrinationis cā: ita etiam ꝯgruit: ⁊ circa amicitiā eſſe: vt.ſ. neqꝫ aliquis nulli ſit amicus: neqꝫ etiā ſit amicus multis ꝯm ſuperabundantiam. ¶ Secundo ibi.

¶ His qdeꝫ igitᷣ q ad opportunitatē. ⁊ oīno videbitᷣ ꝯgruere qḋ dcm̄ eſt. multis.n. miniſtrare laborioſum. ⁊ nō ſufficiēs vita ipſi hoc agere plures vtiqꝫ igitur eoꝝ que ad ꝓpriā vitam diſtractiui ⁊ impeditiui ad bene viuere. nihil igitur opus eſt ipſis.

¶ Soluit ꝑdictā qōnē: ⁊ p̊ q̄ꝫtū ad amicitiā vtilis: ⁊ dicit

ꝙ illud qđ dcm̄ ē de vitāda ſupflua mltitudine amicoꝝ totalr̄ vr̄ ꝯgruere in amicis q ſūt ad opportunitatē.i. ad vtilitatē:qꝛ ſi hō hēat multos tales amicos a qbus reci/piat obſeqa:oꝫ ꝙ ēt eꝰ multis obſequaꝛ: ꝛ boc eſt valde laborioſuꝫ:ita ꝙ nō ſufficit tps vite his q ħ volūt agere. ſi igiꝛ ſint plr̄es amici vtiles q̄ꝫ ſint necarÿ ad ꝓpriam vi/tam:nimis diſtrahūt hoiem ꝛ īpediūt ipſum ad bona vi/te:q̄ ꝯſiſtit in opōne ꝟtutis:qꝛ dū hō ſupflue ītēdit nego cÿs alioꝝ. ꝯn̄s eſt ꝙ non poſſit debitā curā gerere de ſe/ipſo:ꝛ ita pꝫ ꝙ non eſt opus homini hēre plures amicos vtiles. ❡ Secundo oñdit idē ibi.

❡ **Sed ꝛ qui ad delectationem ſufficiunt pau ci:queadmodū in cibo delectamentum.**

❡ Et dicit ꝙ ēt ad delectatōeꝫ ſufficiūt pauci amici. dele ctatio eni exterior q p tales amicos exhibeꝛ q̄riꝛ in vita hūana.ſicut ꝯdimēta in cibo: q etiā ſi paꝝ ſit ſufficit.vn̄ ꝛ pauci amici ſufficiunt homini ad delectationē: vt cuꝫ eis per aliqđ tēpus recreeꝛ. ❡ Tertio ibi.

❡ **Studioſos aūt vtrū plures ꝟm numerū vel eſt q̄dā mēſura ꝛ amicabilis multitudis que/admoduꝫ ciuitatis:neqꝫ ex decē hoib⁹ fit vtiqꝫ ciuitas: ꝛ neqꝫ ex decē milibus adhuc ciuitas eſt.q̄ꝫtū aūt nō eſt forte vnuꝫ aliqđ:ꝫ omne in/termediū quoꝛſidā determinatum.**

❡ Soluit qōnē q̄ꝫtū ad amicos ꝟꝫ ꝟtutē:ꝛ p̄ oñdit ꝓpoᵐ p rōnē.2ᵒ p expimētū.ibi(Sic aūt vr̄ ꝛc̄.)Circa pᵐ tria fac̄. p̄ reſumit qōnē:ꝛ dicit ꝙ remanet ꝯſiderādū. vtrū aliqs debeat ſibi facere amicos ꝟtuoſos plr̄es nuō: ita ꝙ q̄ꝫto plr̄es hꝫ meli⁹:vel oꝫ quādaꝫ mēſurā adhibere circa multitudineꝫ amicoꝝ. ſic pꝫ de multitudine ciuitatis:q̄ nō ꝯſtat ex decē homib⁹ tm̄:ꝛ ſi ꝯſtat ex decē miriadib⁹ .i.cētū milib⁹.nā mirias idē eſt qđ decē milia.iā p̄ multi tudine nō erit ciuitas:ꝫ q̄daꝫ regio:ꝫ q̄ꝫta multitudo ſit neccia ad ciuitatē nō eſt determiatū ꝟm aliqđ vnū:qꝛ po teſt eē ciuitas maior ꝛ minor: ꝫ pn̄t accipi duo extrema inter que qcqđ eſt mediū pōt determinari vt cōgruens multitudini ciuitatis. ❡ Secundo ibi.

❡ **Et amicoꝝ qđē eſt q̄dā multitudo determi/nata ꝛ forte q̄m̄ plr̄es cū qbus vtiqꝫ poterit qs ꝯuiuere ꝛ diſtribuere ſeipm̄:nō īmanifeſtū.**

❡ Soluit qōnē dicēs:ꝙ nō oꝫ eē īmenſa multitudo ami coꝝ:ꝫ oꝫ eē q̄dā determiata multitudo eoꝝ:ꝛ hoc ꝓbat trib⁹ rōnib⁹.Quaꝝ pᵃ eſt ꝙ plr̄es pn̄t eē amici cū qb⁹ poſ ſit hō ꝯuiuere.hoc.n.īter cetera magis vr̄ eſſe amicabile .i.ꝯgruēs amicitie: q̄ eſt ꝟm ꝟtutē.manifeᵐ eſt aūt ꝙ nō eſt poſſe ꝙ hō ꝯuiuat īmoderate mltitudini hoium: ꝛ ꝙ quodāmō diſtribuat ſe īter multos: ꝛ ſic pꝫ ꝙ nō pn̄t eē multi amici ꝟm ꝟtutē. ❡ Scđam rōnē ponit ibi.

❡ **Adhuc auteꝫ ꝛ illos opꝫ amicos adinuicem eſſe ſi debēt oēs adinuicem cōmorari. hoc aūt operoſum in multis exiſtere.**

❡ Manifeſtū ē.n.ꝙ amicos opꝫ adīuicē ꝯuiuere: ꝛ ita ſi aliqs hēat mltos amicos: oꝫ ꝙ oēs ēt illi ſint amici ſibi/ īuicē.alr̄.n.nō pn̄t adīuicē cōmorari:ꝛ p ꝯn̄s neqꝫ ꝯuiue/re amico.hoc aūt eſt difficile qđ in multis.ꝟueꝛ.ſ.vt ſint amici adinuiceꝫ:ꝛ ita nō vr̄ poſſe ꝙ vnus hō hēat plures amicos. ❡ Tertiā rationem ponit ibi.

❡ **Difficile fit ꝛ congaudere ꝛ cōdolere fami/liariter multis. veriſimile eni concidere ſimul huic qđē delectari.huic aūt ꝯtriſtari.**

❡ Dcm̄ ē.n.ſ.ꝙ amic⁹ ꝯgaudet amico.difficile eſt aūt ꝙ aliqs familiariter ꝯgaudeat ꝛ ꝯdoleat mltis. veriſilr̄.n. ꝯcidet ꝙ oporteat cū vno delectari: ꝛ cū alio triſtari:qđ eſt īpoſſe:ꝛ ita nō eſt poſſe hr̄e plr̄es amicos. ❡ 3ᵒ:ibi.

❡ **Forte igiꝛ bn̄ hꝫ nō q̄rere vt multū amiciſſi/mū eē:ꝫ tot quot in cōuiuere ſufficiētes. Neqꝫ eni cōtingere videbiꝛ vtiqꝫ multis eſſe amicuꝫ valde ꝓpter qđ neqꝫ amare plures. ſupabun/dantia.n.quedaꝫ eſſe vult amicitie. hoc aūt ad vnum: ꝛ valde vtiqꝫ ad paucos.**

¶ Exequitur propoſitū. ꝛ primo manifeſtat genus felicitatis. oſtendens ꝙ nō eſt habitus ſed operatio. ſecundo oſtendit ꝙ eſt operatio ſm virtutem. ibi. (Operationuꝫ autem ꝛc.) Tertio inueſtigat cuius v̄tutis ſit operatio. ibi. (Si aūt felicitas ꝛc.) Dicit ergo primo ꝙ ſupra in ꝑ̄ dictum eſt ꝙ felicitas nō eſt habitus. ſequerētur. n. duo inconuenientia: quoꝝ vnum eſt ꝙ cum habitus remaneant in dormiente. ſequeretur ſi felicitas eſſet habitus ꝙ ineſſet etiam dormienti per totam vitam ſuam: vel per maximā partē eius: ꝛ hoc eſt inconueniens: qꝛ dormiens non hꝫ perfecte operatiōes vite niſi eas que pertinet ad aīam vegetabilem: que inuenitur in plantis quibus felicitas attribui nō pōt. certū eſt enim ꝙ ſenſus ꝛ motus exteriores ceſſant in dormiente. interiores autem fantaſie ſunt iordinate ꝛ imperfecte: ꝛ ſilr̄ ſi qua ſit operatio itellectus in dormiēte eſt iperfecta. ſole aūt opōnes nutritiue partis ꝑfecte ſunt. Aliud aūt icōueniēs eſt: qꝛ in infortunatis manēt habitus v̄tutū. opōnes aūt v̄tutū ipediūtur in eis ꝓpter infortunia. Si igit̄ felicitas ſit habitus ſequeret̄ ꝙ infortunati eſſent vere felices. hoc aūt ſtoyci ꝓ inconueniēti nō habebant ponētes exteriora bona nullo modo eſſe bona hominis. ꝛ ideo per infortunia nihil poteſt homini de ſua felicitate diminui. hoc tamē eſt contra opinionē cōmuneꝫ: ꝙ infortuniū repugnare felicitati exiſtimant: ſm ergo illos quibus iſta inconuenientia nō placent dicendū eſt ꝙ felicitas nō ſit habitus: ſed magis ſit inter operationes ponenda. ſicut in ꝑmo dictū eſt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Operationū aūt he qdē ſūt neceſſarie ꝛ ꝓpter altera eligibiles. he aūt ſm ſeipſas.

¶ Oſtēdit ꝙ felicitas ſit operatio ſm virtuteꝫ. Et circa hoc tria facit. Primo oſtēdit felicitatē cōtineri ſub operationibꝰ que ſm ſe eligibiles. Secundo diuidit hꝰ operationes in operatiōes v̄tutis ꝛ oꝑationes ludi. ibi. (Tales aūt eſſe ꝛc.) Tertio oſtendit ſub quibus haruꝫ felicitas ꝯtineat̄. ibi. (Refugiū aūt ꝛc.) Circa ꝑmum duo facit. Primo ꝓponit quandā operationū diuiſionē. Et dicit ꝙ operationū quedam ſunt neceſſarie ad aliud ꝛ eligibiles: propter quedaꝫ alia. vtpote nō appetibiles: niſi ꝓpter finē: quedā v̄o ſunt eligibiles ſm ſeipſas: qꝛ ꝛ ſi nihil aliud ab eis proueniret: tn̄ in ſeipſis habent. vnde appetantur. ¶ Secundo ibi.

¶ Manifeſtū quoniā felicitateꝫ eoꝝ que ſcđm ſeipſas eligibiliū aliquā ponendū ꝛ nō earum que ꝓpter aliud. nullo. n. indigēs felicitas: ſed

per ſe ſufficiens. ſcd̄m ſeipſas aūt ſunt eligibi-les de qbus nihil querit̄ preter operationē.

¶ Oſtendit ꝙ felicitas cōtineat̄ ſub illis operationibus que ſunt eligibiles ſm ſeipſas. nō aūt ſm illas que ſunt eligibiles propter aliud. de ratione eniꝫ felicitatis eſt ꝙ ſit per ſe ſufficiēs ⁊ nō indigeat aliquo alio. vt pꝫ de his que dicta ſunt in ꝑmo. Ille aūt operatiōes dicunt̄ ſm ſe eligibiles: ex qbus nihil aliud q̄rit̄ ꝑter ipſam operatio-nem. q. nullo alio indigentes ad hoc ꝙ ſint eligibiles. Il-le vō que ſunt eligibiles ꝓpter aliud indigent aliqbꝰ ad hoc ꝙ ſint eligibiles: ⁊ ſic pꝫ ꝙ felicitas eſt operatio ſm ſe eligibilis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Tales aūt eſſe vident̄ que ſm virtuteꝫ actio-nes. bona eni ⁊ ſtudioſa agere eoꝝ que ꝓpter ſeipſa eligibiliū ſe ⁊ ludoꝝ delectatiōes. nō eni ꝑꝑ altera ipſos eligūt. ledunt̄. n. ab ipſis magis q̄ꝫ iuuant̄ negligētes corpora ⁊ poſſeſſionē.

¶ Subdiuidit operatiōes ſm ſe eligibiles: ⁊ dicit ꝙ pri-mo qdē tales eſſe vident̄ operatiōes que ſunt ſm v̓tutē: qꝛ hoc eſt per ſe eligibile homini: ꝙ eligat ea que ſunt ꝑ ſe bona ⁊ honeſta. vn̄ ⁊ honeſtū a quibuſdaꝫ dicit̄ qd̄ ſua vi nos trahit ⁊ ſua dignitate nos allicit. Secūdo vident̄ eſſe per ſe eligibiles: etiaꝫ opōnes delectabiles que ſunt in ludo. nō. n. videt̄ ꝙ hoīes tales opōnes ꝓpter aliquaꝫ vtilitatē eligāt: cū magis per tales opōnes hoīes ledant̄ q̄ꝫ iuuent̄. vident̄ hoīes. n. propter ludos negligere ⁊ cor-pora que laboribus ⁊ periculis exponūt ⁊ poſſeſſiōes ꝓ-pter expenſas que in ludis fiunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Refugiūt aūt ad tales ꝯuerſationes felicitan-tiuꝫ multi ꝓpter qd̄ apud tyrānos approbant̄ in talibꝰ ꝯuerſatiōibꝰ eutrapeli. que. n. appetūt in his tribuūt ſeipſos delectabiles. Indigēt aūt talibꝰ: vident̄ qdē igit̄ felicitantia hec qdē eſſe ꝓpter eos q in potētatibꝰ his vacare.

¶ Oñdit ſub qbꝰ haꝝ ꝯtieat̄ felicitas. Et ꝑͦ oñdit. q̄re vi-deat̄ qbuſdā felicitatē eſſe in opatiōe ludi. Scd̄o exclu-dit rōnem ad hoc inductaꝫ. ibi. (Nullū aūt ⁊c̄.) Tertio determinat veritatē. ibi. (Etenim incōueniens ⁊c̄.) Di-cit ğ ꝑmo: ꝙ multi eoꝝ q apud homīes reputant̄ felices ꝯfugiunt ad tales ꝯuerſatiōes: volentes. ſ. in ludis cōuer-ſari: ⁊ inde eſt ꝙ tyrāni approbant in conuerſatione ludi eutrapelos: qui. ſ. ſciunt conuenienter ludere. vocat aūt huiꝰ potētes tyrānos: qꝛ nō vident̄ cōi vtilitati intēde-re: ſed ꝓprie delectatiōi: qui in ludis ꝯuerſant̄. Idō auteꝫ tyrāni approbāt eutrapelos: qꝛ tales luſores exhibent ſe tyrānis delectabiles in his que ipſi tyrāni appetunt. ſ. in delectationibus ludi: ad quas indigent talibus homini-bus. Sic ğ felicitas in talibus ꝯſiſtit ꝓpter hoc ꝙ hꝰ va-cant illi q ſunt in poteſtatibus conſtituti. quos homines reputant felices. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Nullū forte ſignū tales ſunt. nō. n. in potentē eſſe virtꝰ neq̄ꝫ itell'ꝰ a qbus ſtudioſe opōnes. neq̄ꝫ ſi inguſtabilis iſti exiſtentes delectatiōis ſincere ⁊ liberalis ad corporales refugiūt: ꝓ-pter h̄ has exiſtimandum eligibiliores eſſe. Et enim pueri que apud ipſos precioſa: optima exiſtimant eſſe. Rationale vtiq̄ꝫ quēadmodū pueris ⁊ viris altera vident̄ precioſa ſic ⁊ pra-uis ⁊ his qui vident̄ epyiches. Quēadmodū igitur multotiens dictum eſt ⁊ precioſa ⁊ de-lectabilia ſunt: que ſtudioſa talia entia. vnicui-que autem que ſecundū propriū habituꝫ: eligi-biliſſima operatio. ⁊ ſtudioſa aūt ſm virtutē. non in ludo ergo felicitas.

¶ Excludit predictā rōnem: ⁊ dicit ꝙ ex hꝰ potentibꝰ nō pōt accipi ſufficiens ſignuꝫ ꝙ felicitas in ludo conſiſtat. In his. n. nō inuenit̄ excellentia pre alijs hominibus ni-ſi ſm potentiā mundanā: ex qua nō ſequit̄ ꝙ operatiōes eoꝝ ſint virtuoſe: qꝛ virtus moralis ⁊ intellectualis: que ſunt ꝑ̄ncipia bonarū operationuꝫ: nō conſiſtit in hoc ꝙ aliquis ſit potēs. ⁊ ideo nō opꝫ ꝙ operatiōes ludi qbus potentes vacant ſint optime. ⁊ ſimilr̄ etiā quātuꝫ ad ap-petitū qui per virtuteꝫ rectificat̄: nō opꝫ ꝙ potens bene ſe habeat. ⁊ ideo ſi potētes interiori guſtu nō percipiunt delectationē v̓tutis actiue vel ſpeculatiue: que eſt ſince-ra. i. abſq̄ꝫ corruptiōe eius q delectat̄ ⁊ liberalis: qꝛ eſt ſe-cundū rōnem ſm quā homo eſt liber in operādo: ⁊ pro-pter hoc cōfugiunt ad delectatōes corporales: īter quas ꝯprehēdūtur delectatiōes ludicre: nō ꝓpter hoc eſt exi-ſtimandū ꝙ hꝰ delectatiōes ſiue operationes ſint alijs eligibiliores: qꝛ videmus ꝙ etiā pueri: qꝛ carent intelle-ctu ⁊ virtute reputant quedā puerilia in quibus conuer-ſant̄ eſſe precioſa ⁊ optima: que tn̄ nō ſunt magni ponde-ris: nec a viris perfectis aliqd reputant̄. rōnabile eſt. igi-tur ꝙ ſicut pueris ⁊ viris perfectis alia ⁊ alia vident̄ pre-cioſa eſſe: ita etiā pueris ⁊ virtuoſis. oſtenſum eſt aūt ſu-pra multotiens: ꝙ illa ſunt vere precioſa ⁊ delectabilia: que talia iudicant̄ a virtuoſo: que eſt regula humanoruꝫ actuum. ſicut aūt vnicuiq̄ꝫ videt̄ eſſe maxime eligibilis operatio que cōuenit ſibi ſm ꝓpriū habitū: ita etiā vir-tuoſo eſt maxime eligibiliſ ⁊ ꝑ̄cioſa operatio que eſt ſm virtutē. ⁊ ideo in tali opōne eſt ponēda felicitas: nō aūt in operatione ludi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Etenim inconueniēs finē eſſe luſum ⁊ nego-ciari ⁊ malū pati ſm vitā oēm ludendi gratia. Omnia. n. vt eſt dicere alteriꝰ gratia eligimus ꝑter felicitatē. finis eni h̄. ſtudere aūt ⁊ labora-re ludi gratia inſipiens videt̄ ⁊ valde puerile. ludere aūt vt ſtudeāt ſm anatharſem: recte ha-bere videt̄. requiei. n. aſſimilat̄ ludus. impoten-tes aūt ꝯtinue laborare requie indigent: nō vtiq̄ꝫ finis requies. fit enim gratia operatiōis.

¶ Determinat veritatē ꝓbans ꝙ in operatiōe ludi non ſit felicitas duabus rōnibus. Quaruꝫ ꝑma ſumit̄ ex hoc ꝙ felicitas eſt finis: qꝛ. ſ. ſi ꝯſiſteret in ludo ſequeret̄ hoc īconueniēs: ꝙ finis totus humane vite eſſet ludus: ita. ſ. ꝙ hō negociaret̄ ⁊ omnia alia laborioſa pateret̄ ſolum vt luderet. ⁊ hoc idō ſequeret̄: qꝛ fere oīa alia eligimus al-terius gr̄a ꝑter felicitatē que eſt vltimus finis: ꝙ aūt hō ſtudeat ſpeculationi ⁊ laboret in actione ꝓpter ludꝫ vi-det̄ eſſe ſtultū ⁊ valde puerile: ſed ecōuerſo recte ſe vide-tur habere ſm ſnīam anactarſis: ꝙ aliqs ludat ad horā: ⁊ ad hoc ꝙ poſtea diligētius ſtudeat: qꝛ in ludo eſt q̄daꝫ relaxatio ⁊ requies. hoīes aūt cū nō pn̄t continue labora-re indigent requie. vn̄ pꝫ ꝙ ludus ſiue requies nō eſt fi-nis: qꝛ requies eſt ꝓpter operationē. vt. ſ. homo, poſtea ve-hementius operet̄: ⁊ ſic pꝫ ꝙ felicitas nō ꝯſiſtit in ludo.

¶ Secundam rationem ponit ibi.

¶ Videtur aūt felix vita ſm virtutem eſſe. hec aūt cum gaudio. ſed non in ludo melioraq̄ꝫ di-

cimus ſtudioſa ridiculis ꝛ cum ludo ꝛ melioris ſemꝑ particule ꝛ hoīs ſtudioſiorē opationem. que aūt melioris: melior ꝛ felicior iã po tiēr: que vtiq̨ corporalib⁹ delectatōib⁹ qcūq̨ ꝛ beſtialis nō minus optimo. Felicitatē autē nullus beſtiali tribuit: ſi nō ꝛ vitā. nō. n. in talibus ↄuerſatōib⁹ felicitas: ſ; in his q̄ ſm virtutē opōnib⁹ queadmodū. vt prius dcm̄ eſt.

¶ Jdeo. n. ponunt aliqui felicitatē in ludo ꝑpter delectatiōnē q̄ in ludo eſt. hꝫ aūt felicitas delectatōeꝫ quādā: qꝛ eſt operatio ſm vtuteꝫ q̄ cū gaudio exiſtit: nō tñ cū gaudio ludi: qꝛ cū felicitas ſit ſūmū bonū hoīs: opꝫ ꝙ i optimis ↄſiſtat. meliora aūt dicimus vtuoſa q̄ ſerio agunt q̄ ridiculoſa: que fiūt ludo: ꝛ hoc ſic pꝫ: qꝛ operatio que eſt melioris particule anīe ꝛ que eſt ꝑpria hoīs eſt magis vtuoſa. pꝫ aūt ꝙ operatio que eſt melioris partis eſt melior. ꝛ per ↄñs felicior: pōt aūt contingere ꝙ corporalib⁹ delectatiōibus pōt potiri qcūq̨ hō: etiā beſtialis nō minus q̄ optimus qcūq̨ vir. felicitatē aūt nullus attribuit homini beſtiali: neq̨ etiaꝫ parti anīe brutali. ſicut nō attribuit ei vita que eſt ꝑpria hoīs. ꝛ ſic pꝫ ꝙ in talibus conuerſationibus. ſ. in delectationibus corporalibus: inter quas computant delectationes ludi: nō conſiſtit felicitas: ſed ſoluꝫ in operationibus que ſunt ſm virtutem. ſicut etiā prius dictum eſt.

8 Si aūt eſt felicitas ſm virtuteꝫ operatio: rōnabile ſm optimā. hec aūt erit optimi. ſiue igit itell's hoc ſiue aliud aliqd. Qđ vtiq̨ ſm naturam videt pricipari ꝛ dñari ꝛ intelligētiā hēre de bonis ꝛ diuinis: ſiue diuinū ꝛ ipſuꝫ: ſiue eoꝝ que in nobis diuiniſſimū. huius operatio ſm ꝑpriaꝫ virtutē erit vtiq̨ perfecta felicitas.

¶ Poſtq̨ phs oñdit: ꝙ felicitas eſt operatio ſm vtutē. hic icipit oñdere cuius vtutis ſit operatio. Et pmo oſtendit hoc in gnāli. Scđo in ſpāli. ibi. (Qm̄ aūt eſt ꝛc̄.) Dicit ḡ pmo: ꝙ cū felicitas ſit operatio ſm vtutē. ſicut ꝛ in pmo oñſum eſt: rōnabiliter ſequit ꝙ ſit operatio ſm vtutem optimā. oñſuꝫ eſt. n. in pmo: ꝙ felicitas eſt optimū inter oīa bona humana: cū ſit oium finis: ꝛ qꝛ melioris potentie melior eſt operatio. vt. ſ. dcm̄ eſt. ↄñs eſt ꝙ operatio optima hoīs ſit operatio eius qđ eſt in homie optimū: ꝛ hoc qdē ſm rei vitatē eſt itell'us: ſed qꝛ circa hoc diuerſimode ſunt aliq opinati: nec eſt nūc locus talia diſcutiendi ſub dubio ad pñs relinqt. vtruꝫ optimū hoīs ſit itellectus vel aliqd aliud: ponit tñ ſigna qđā ex qbus pōt cognoſci ꝙ itell's ſit optimuꝫ eoꝝ que ſunt in hoīe. Et pmo qdē per cōparatiōnē ad ea q̄ īfra itellcm̄ ſunt qb⁹ itell'us ꝑpter ſui excellētiā pncipat ꝛ dñat. pncipat qdē reſpcū iraſcibilis ꝛ ↄcupiſcibilis: qbus rō ſiue itell'us pſidet. q. politico pncipatu: qꝛ in aliquo reſiſtere pñt rōni. dñatur aūt corporalibus mēbris q ad nutū obediūt imperio rōnis abſq̨ ↄdictiōe. ꝛ ideo rō vel intellectus pſidet corpori. q. ſeruo deſpotico principatu. vt dr̄ pmo politice. Secundo vō ponit ſigna excellentie intellectus per comparationem ad ſuperiora. ſ. ad res diuinas ad quas dupliciter operat. vno mō ſm habitudineꝫ. q. ad obiecta. ſolus. n. intellectus hꝫ intelligentiā de rebus eſſentialiter bonis: que ſunt res diuine. alio mō comparat itellectus humanus ad res diuinas ſm ↄnaturalitatē ad ipas diuerſimode quidē ſm diuerſoꝝ ſnias. quidā. n. poſuerūt itellectum humanū eſſe aliquid ſempiternū ꝛ ſeparatum et ſm hoc ipſe intellectus eſſet quoddā diuinum. dicimus. n. res diuinas eē que ſunt ſempiterne ꝛ ſeparate. alij vō itellectū partem anīe poſuerunt. ſicut Ariſto. ꝛ ſm hoc intellectus nō eſt ſimpl'r quoddā diuinū: ſ; etiā diuiniſſimū inter omnia que ſunt in nobis ꝑpter maiorē cōuenientiā quā hñt cū ſubſtantijs ſeparatis ſm qđ eius operatio eſt ſine organo corporeo. quocūq̨ aūt modo ſe habeat neceſſe eſt ſm predicta ꝙ perfecta felicitas ſit operatio hoīs optimi ſm virtutem ꝑpriam ſibi. nō. n. pōt eſſe perfecta operatio quod reqritur ad felicitatē: niſi potētie perfecte per habitū q eſt ipſius ſm quā reddit operationē bonam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam autem eſt ſpeculatiua: dictuꝫ eſt. Confeſſum auteꝫ hoc vtiq̨ videbitur eſſe: ꝛ his que prius ꝛ ipſi vero.

¶ Oſtēdit in ſpāli cuius vtutis operatio ſit perfecta felicitas. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit ꝙ in operatione ſpeculatiue vtutis conſiſtit perfecta felicitas. Secundo cōparat felicitatē perfectā ad res exteriores. ibi. (Opus erit aūt ꝛc̄.) Circa pmū duo facit. Primo oſtendit: ꝙ perfecta felicitas conſiſtit in operatōe ſpeculationis. Secundo prefert hāc felicitatē felicitati que ↄſiſtit in actione. ibi. (Secūdo aūt q ꝛc̄.) Circa pmū duo facit. Primo oſtēdit: ꝙ felicitas cōſiſtit in operatiōe ſpeculatiua. Secūdo oſtendit qualiter ſe habeat ad hominem. ibi. (Talis aūt vtiq̨ ꝛc̄.) Circa pmuꝫ duo facit. Primo ꝑponit qđ ītēdit: ꝛ dicit ꝙ ex ſupra dictis in. 6. māifeſtū eſt ꝙ ſpeculatiua operatio eſt itellectus ſm ꝑpriam virtutem eius. ſ. ſm ſapientiaꝫ pncipal'r que comprehendit itellectū ꝛ ſciam: ꝛ ꝙ in tali operatione cōſiſtat felicitas videt eſſe conſonū eis que in pmo dicta ſunt de felicitate: ꝛ etiā ipſi veritati. ¶ Secūdo ibi.

¶ Optima etenim hec operatio. etenim intellectus eorum que in nobis ꝛ cognoſcibiliuꝫ circa que intellectus.

¶ Probat ꝑpoſitū ſex rōnib⁹. Prima ḡ talis eſt. dcm̄ eſt pus: ꝙ felicitas eſt optima operatio. optima aūt operatio iter operas hūanas eſt ſpeculatio veritatis: ꝛ hoc pꝫ ex duobus ex qbus penſat dignitas operatiōis. vno mō ex parte potentie que eſt operatiōis pncipiū: ꝛ ſic pꝫ hāc operationem eſſe optimā. ſicut ꝛ itellectus eſt optimuꝫ eoꝝ que in nobis ſunt. vt pus oñſum eſt. alio mō ex parte obiti dat ſpēm opōni: ꝛ ſm hoc ēt opatio eſt optima: qꝛ iter oīa cognoſcibilia optima ſunt itelligibilia ꝛ pcipue diuina: ꝛ ſic in eoꝝ ſpeculatiōe cōſiſtit perfecta humana felicitas. ¶ Secundā rōnem ponit ibi.

¶ Eſt aūt ↄtinuiſſima. ſpeculari etenim poſſumus continue magis q̄ operari qđcūq̨.

¶ Oſtēſum eſt. n. in pmo: ꝙ felicitas eſt maxime ↄtinua ꝛ permanēs. iter oēs aūt opōnes humanas ↄtinuiſſima eſt ſpeculatio veritatis. manifeſtū eſt. n. ꝙ magis ↄtinue pōt hō perſeuerare in ſpeculatiōe veritatis q̄ in q̄cūq̨ alia opōne: cui⁹ rō eſt: qꝛ nece eſt diſcōtinuari opōnē noſtrā ꝑp laborē quē nō poſſumus cōtinue ferre. labor aūt ꝛ fatigatio accidit in opōnibus nr̄is ꝑp paſſibilitatē corporis ꝙ alterat ꝛ remouet a nāli diſpōne ſua. vñ cū itellectus cū ſua opōne minimū vtat corpore. ſeqtur ꝙ minimū eius operatōuꝫ ad inueniat labor ꝛ fatigatio: q̄ nulla eſſent ſi itellectus in ſpeculādo nō īdigeret fantaſmatibus exiſtētibus in organis corporis: ꝛ ſic pꝫ ꝙ maxime inuenit felicitas in ſpeculatiōe veritatis ꝑpter eius felicitatem. ¶ Tertiam rōnem ponit ibi.

¶ Exiſtimamuſq; opoꝛtere delectationez admixtam eſſe felicitati. delectabiliſſima aũt eoꝝ que ſm virtutem operationuz: que ſm ſapientiam confeſſe eſt. Videtur enim phĩa admirabiles delectationes habere puritate ⁊ firmitate. Rationabile aũt ſcientibus q̃z querentibus delectabilioꝛem conuerſationẽ eſſe.

¶ Et dicit ꝙ ſicut in pꝛimo dcm̃ eſt: cõiter exiſtimam⁹ ꝙ felicitati delectatio adiũgat̃. ĩter oẽs operatiões aũt virtutis delectabiliſſima eſt ↄtẽplatio ſapiẽtie: ſicut eſt manifeſtũ ⁊ ↄceſſuz ab oĩb⁹. hʒ.n. phĩa in ſapiẽtie ↄtẽplatõe delectatiões admirabiles: ⁊ q̃ʒtũ ad puritatẽ ⁊ quãtũ ad firmitatẽ. puritas qdẽ taliũ delectationũ attẽdit̃ ex hoc ꝙ ſunt circa res ĩmãles. firmitas aũt eaꝝ attẽdit̃ ſm h ꝙ ſunt circa res ĩmutabiles. q enĩ delectat̃ circa res mãles ĩcurrit quãdã ĩpuritatẽ affect⁹ ex hoc ꝙ circa inferioꝛa occupat̃. q aũt circa res mutabiles delectat̃ nõ põt firmã delectatõez hr̃e: qꝛ mutata re: aut coꝛrupta q̃ delectationẽ afferebat: delectatio ceſſat: ⁊ qñq; in triſtitiã vtit̃. dicit aũt delectatões phĩe eẽ admirabiles pp incõſuetudinẽ taliũ delectationũ apud multitudinez hoĩum: q in reb⁹ mãbli⁹ delectant̃. ſpeculatio aũt vitatis eſt duplex. vna qdẽ q̃ ↄſiſtit in inqſitione veritatis. alia võ q̃ ↄſiſtit in ↄtẽplatiõe veritatis iam inuẽte ⁊ cognite: ⁊ hoc perfectius eſt cũ ſit terminus ⁊ finis ĩquiſitionis. vñ ⁊ maioꝛ eſt delectatio in ↄſideratiõe veritatis iã cognite q̃z in inqſitiõe eius. ⁊ iõ dicit: ꝙ delectabilius ↄuerſant̃ illi q iaz ſciũt veritatẽ hñtes ĩtellcm̃ pfectũ per ĩtellectualẽ virtutem ipſi⁹. vñ perfecta felicitas nõ ↄſiſtit in q̃cũq; ſpeculatione: ſed in ea que eſt ſm ꝓpꝛiam virtutem ipſius. ¶ Quartam rõnem ponit ibi.

¶ Et que dicitur antarchia circa ſpeculatiuaz maxime vtiq; erit: adiuuat̃ quidẽ eniz neceſſarijs ⁊ ſapiens ⁊ reliqui qdẽ indigent. Talibus aũt ſufficienter largitis iuſtus quidem indiget ad quos iuſte operet̃ ⁊ cuz quibus. ſimil'r aũt ⁊ temperatus ⁊ foꝛtis: ⁊ alioꝝ vnuſquiſq;. ſapiens autẽ ſm ſeipſum ens poteſt ſpeculari: ⁊ quanto vtiq; ſapientioꝛ fuerit magis. melius autem foꝛte cooperatoꝛes habere: ſed tamen per ſe ſufficientiſſimus.

¶ Dñſum eſt.n. in pmo ꝙ per ſe ſufficiẽtia: q̃ grece dr̃ antarchia: reqrit̃ ad felicitatẽ. hꝰ aũt per ſe ſufficientia maxime ĩuenit̃ circa ſpeculatiuã opatiõez: ad quã hõ nõ indiget niſi his que ſunt nec̃ia oĩbus ad oẽm vitã. indiget .n. nec̃arijs vite. tã ſapiens .ſ. ſpeculatiuus q̃z etiaz iuſtus ⁊ reliq hñtes vtutes moꝛales: q̃ perficiunt vitã actiuã. ſi aũt alicui dent̃ ſufficiẽter nec̃ia vite: adhuc pluribus idiget vtuoſus ſm vtutẽ moꝛalẽ. indiget.n. iuſtus ad ſuam operationẽ alijs. Et pᵒ. qdez illis ad quos dz iuſte agere: qꝛ iuſtitia ad alteruz eſt. vt dcm̃ eſt in.5. 2ᵒ. aũt indiget aliqbus cũ qbus operet̃ iuſtitiã: ad qd ĩdiget hõ frequẽter multoꝝ auxilio. ⁊ eadẽ rõ eſt de tẽperato ⁊ foꝛti ⁊ de alijs vtuoſis moꝛaliter: ſʒ nõ eſt ita de ſapiente ſpeculatiuo q põt ſpeculari veritatez: etiã ſi ſolus ſm ſeipſum exiſtat: qꝛ ↄtẽplatio veritatis eſt operatio penitus ĩtrinſeca ad exterius nõ ꝓcedẽs: ⁊ tãto aliqs magis poterit ſolus exñs ſpeculari vitatẽ: q̃ʒto fuerit magis pfectus in ſapiẽtia. qꝛ talis pl'a cog̃ſcit: ⁊ min⁹ ĩdiget ab alijs ĩſtrui: aut iuuari: nec h dr̃: qꝛ ↄtẽplationẽ nõ iuuet ſocietas: qꝛ vt i.8. dcm̃ eſt. duo ſimul veniẽtes ⁊ intelligere ⁊ agere magis pñt. ⁊ iõ ſubdit melius eſſe ſapiẽti: ꝙ habeat coopatoꝛes circa ↄſiderationẽ veritatis: qꝛ interduz vnus videt qd alteri licet ſapientioꝛi nõ occurrit: ⁊ q̃ʒuis ſapiẽs ab alijs iuuet̃: tñ inter oẽs ipſe per ſe magis ſibi ſufficit ad ꝓpꝛiã operationẽ: ⁊ ſic pʒ ꝙ maxime in opõne ſapientie ĩuenit̃ felicitas. ¶ Quintam rationem ponit ibi.

¶ Videbitur aũt vtiq; ipſa ſola ꝓpter ſeipſam diligi. nihil enim ab ipſa fit pꝛeter ſpeculari. ab operationib⁹ autem vel plus vel minus acquirimus pꝛeter actionem.

¶ Dñſum eſt.n. in pᵒ. ꝙ felicitas eſt ita per ſe appetibilis ꝙ nullo mõ appetit̃ ꝓpter aliud. hoc aũt apparet in ſola ſpeculatõe ſapiẽtie ꝙ ꝓpter ſeipaz diligat̃ ⁊ nõ pp aliud. nihil.n. hoĩ accreſcit ex ↄtẽplatiõe veritatis pter ipſam veritatis ſpeculatiõez: ſed in exterioꝛibus operabilibus ſemper hõ acqrit aliqd pter ipſam operationẽ: aut plus: aut minus. puta honoꝛẽ ⁊ gratiã apud alios: que nõ acqrit ſapiens ex ſua ↄtemplatione niſi per accidẽs: inquãtum .ſ. veritatẽ ↄtemplatã alijs enũciat qd iam pertinet: ad exterioꝛẽ actionẽ. ſic ergo pʒ ꝙ felicitas maxime ↄſiſtat in operatione contemplationis.

Videturq; felicitas in vacatiõe eſſe: nõ vacamus enim vt vacemus: ⁊ bellamus vt pacẽ ducamus. pꝛacticarum quidem virtutũ in politicis ⁊ bellicis operationes: que autem circa h actiones videntur nõ vacãtes eſſe. bellice quidem ⁊ perfecte. nullus enĩ eligit bellare eius qd eſt bellare gratia: neq; pꝛeparare bellũ: videtur vtiq; omnino violentus occiſoꝛ quis eſſe ſi amicos oppugnatoꝛes quidẽ faceret vt pugne ⁊ occiſiones fierẽt. Eſt aũt ⁊ que politici nõ vacans: ⁊ pꝛeter ipſum ciuiliter conuerſari acquirens potentatus ⁊ honoꝛes: vel magis ⁊ felicitatẽ ipſi ⁊ ciuibus alterã exiſtentẽ a politica quã ⁊ querimus manifeſtũ vt alteram exiſtentẽ. Si vtiq; eas quidem que ſm virtutes actiones politice ⁊ bellice pulchꝛitudine ⁊ magnitudine pꝛecellunt habeant nõ vacantes: ⁊ finem aliquẽ appetunt ⁊ nõ ꝓpter ſeipſas ſunt eligibiles. Intellectus aũt operatio ſtudio differre videtur ſpeculatiua exiſtẽs: ⁊ pꝛeter ipſam nullum appetere finem. Hincq; delectationẽ perfectam pꝛopꝛiaz. hec aũt coauget operationẽ: ⁊ per ſe ſufficiẽs vtiq; ⁊ vacatiuũ ⁊ illaboꝛioſuz ⁊ humanuz: ⁊ quecũq; alia beato attribuuntur ſm hanc operationez apparent entia. perfecta igitur felicitas h vtiq; erit hominis accipiẽs longitudinem vite perfectam. nihil enim imperfectum eſt eoꝛum que felicitatis.

¶ Poſitis.n. rõnibus ex quibus oſtendebat̃ ꝙ felicitas ↄſiſtit in ſpeculatiõe veritatis ſm ↄuenientiã ad ea: que ſupꝛadicta ſunt. Hic addit ſextã q̃ ꝓcedit ex quadã ↄditione felicitatis: quã .ſ. nõ poſuerat. felicitas.n. ↄſiſtit in quadã vacatione. vacare.n. dicit̃ aliquis qñ nõ reſtat ei

aliquid agendū ꝙ ꝯtingit cū aliquis iam ad finez peruenerit. ⁊ ideo ſubdit ꝙ nō vacamus vt vacemus.i.laboramus operãdo qđ eſt nō vacare vt ꝑueniamus ad qeſcendum in fine ꝙ eſt vacare: ⁊ hoc oñdit per exēplū bellantiū q̄ ad hoc bella gerunt vt ad pacē optatã perueniant. ¶ Eſt tñ ꝯſiderandū ꝙ ſupra phs dixit: ꝙ reges ſit grã opõnis: ſz ibi locutus fuit de rege qua intermittit̄ operatio añ ꝯſequutionē finis ꝓpter impoſſibilitatē ꝯtinuantie operãdi: que qdē reges ordinat̄ ad opationē ſicut ad finē. vacatio aūt eſt reges in fine ad quã opatio ordinatur: ⁊ ſic felicitati que eſt vltimus finis maxime cōpetit vacatio: que qdē nō īuenit̄ in opõnibus v̄tutū practicarum. quarū p̄cipue ſunt ille q̄ ꝯſiſtunt in rebus politicis vtpote ordinãtes bonuz cõe: qđ eſt diuiniſſimū vel in rebus bellicis qbus ipſuz bonū cõe defendit̄ ꝯ hoſtes: ⁊ tamen his operibus non cōpetit vacatio: ⁊ p̄mo qdē circa bellicas operatões hoc eſt penitus manifeſtū: qꝛ nullus eligit bella gerere: aut preparare bella ſolū grã bellandi qđ eſſet vacationez hēre in rebus bellicis: qꝛ ſi in bellis gerendis finē ſuū conſtituerent: ſequeret̄ ꝙ eſſet violentus ⁊ occiſor: in tantū ꝙ etiã de amicis faceret impugnatores ad hoc ꝙ poſſz pugnare ⁊ occidere. Secūdo manifeſtū eſt in actionibus politicis ꝙ non eſt in eis vacatio: ſed p̄ter ipſaz cōuerſationē ciuilē vult hō acqrere aliqd aliud. puta potētatus ⁊ honores: vel qđ in eis eſt vltimꝰ finis. vt in p̄mo oñſuz eſt: magis eſt decens ꝙ per ciuilē cōuerſationē aliqs velit acquirere felicitatem ſibiipſi: ⁊ cuilibz ita ꝙ hꝰ felicitas quã intendit aliqs acqrere per politicã vitaz ſit altera ab ipſa vita politica. ſic.n.per vitam politicã querimus eam quaſi alterã exñtez ab ipſa. hec eſt eniz felicitas ſpeculatiua: ad quã tota vita politica videt̄ ordinata: dū per pacē que per ordinationē vite politice ſtatuit̄ ⁊ cōſeruat̄. dat̄ hominibus facultas contemplãdi veritatē. ſi igit̄ inter oēs actiões virtutuz moraliuz excellunt politice ⁊ bellice tam pulchritudine: qꝛ ſunt maxime honorabiles: quã etiã magnitudīe: qꝛ ſunt circa maximū bonū cõe: cū hꝰ operatões nō habeant in ſeipſis vacationē: ſed agant̄ propter appetitū alterius finis: ⁊ nō ſunt eligibiles ꝓpter ſeipſas: nō erit in operationibus v̄tutū moraliū perfecta felicitas: ſz opatio intellectus que eſt ſpeculatiua: videt̄ a p̄miſſis opõnibꝰ differre ſm rõnem ſtudij: qꝛ.ſ.hō vacat hꝰ operatiõi ꝓpter ſeipſam: ita ꝙ nullū aliū finē p̄ter ipſam appetit. hz etiam hꝰ operatio ꝓpriã operationē ex ipſa ꝓcedentē que auget eã. ſic igit̄ pz ꝙ ſm hꝰ operationē ſpeculatiuaz intellectus: manifeſte apparet omnia exiſtere in homīe quecūq̄ ſolēt attribui beato.ſ. ꝙ ſit per ſe ſufficiens: ⁊ ꝙ vacet: ⁊ ꝙ nō laboret: ⁊ hoc dico quãtuz poſſibile eſt homini mortalē vitã agēti: in qua vita nō pñt talia ꝑfecte exiſtere. ſic igit̄ in ꝯtemplatiõe intellectus cōſiſtit perfecta felicitas hominis: dūmodo aſſit diuturnitas vite: que qdem requiritur ad bene eſſe felicitatis: ſecundū qđ oportet nihil eorum que pertinent ad felicitatem eſſe imperfectum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Talis vtiqz melior erit vita ad hūanã vitaz.

¶ Oſtendit qualiter hꝰ vita ſpeculatiua ſe habeat ad hominē. Et p̄mo oñdit ꝓpoſitū. Scđo excludit errorē. ibi. (Oportet aūt non ⁊c̄.) Dicit ḡ p̄mo: ꝙ talis vita que vacat ꝯtemplationi veritatis eſt melior q̄ʒ vita que eſt ſm hoiem. cū.n.hō ſit cōpoſitus ex aĩa ⁊ corpore hñs ſenſitiuam nãm ⁊ intellectiuã: vita homini cōmēſurata videtur ꝯſiſtere in hoc ꝙ hō ſm rõnem ordinet affectiones ⁊ operatiões ſenſitiuas ⁊ corporales: ſed vacare ſoli operationi ītellectus videt̄ eſſe ꝓpriū ſupernoꝝ ſubiectoꝝ in quibus inuenitur ſola nã intellectiua: quã ꝑticipant ſz ītellectū. ⁊ ideo manifeſtans ꝙ dcm̄ eſt ſubdit ꝙ homo ſic viuēs.ſ. vacando cōtemplationi nō viuit ſm ꝙ hō q̄ eſt cōpoſitus ex diuerſis: ſed ſm qđ aliqd diuinū in ipſo exiſtit: ꝑut.ſ.ſm intellectū diuinaz ſimilitudinē participat. ⁊ iõ quãtū intellectus in ſua ꝑtãte ꝯſiderat̄ differt a cōpoſito ex aĩa ⁊ corpore: tm̄ diſtat operatio ſpeculatiua ab opõne que fit ſm v̄tutē moralē: que ꝓprie eſt circa humana. ſicut ergo intellectus per comparationē ad homines eſt quoddã diuinuz: ita ⁊ vita ſpeculatiua que eſt ſm intellectū: comparat̄ ad vitam moralē: ſicut diuina ad humanam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Oportet autem non ſecundū ſuadentes humana ſapere hominem entem: neqz mortalia mortalem: ſed inquantum contingit īmortalē facere: ⁊ diuina. facere ad viuere ſecundū optimam eorum que in ipſo. Si enim ⁊ mole paruus eſt potētia ⁊ precioſitate multum magis omnibus ⁊ ſuperexcellit. videbitur autem ⁊ vnūqđqz eſſe hoc: ſiquidē principale melius. Inconueniēs ergo fiet vtiqz ſi non ſuiipſius vitam eligat: ſed alicuius alterius qđ ⁊ dictuz prius nunc proprium congruit ⁊ vnicuiqz natura optimū ⁊ delectabiliſſimū eſt vnicuiqz: ⁊ boni vtiqz que ſm intellectum vita: ſiquidem maxime hoc hō. Iſte ergo feliciſſimus.

¶ Excludit quorūdã errorem q̄ ſuadebant ꝙ hō debeat intendere ad ſapiēdū humana: ⁊ mortales ad ſapiendū mortalia: ⁊ fuit hoc dcm̄ ſymonidis poete. vt pz in p̄ncīº metaphyſice: qđ quidez phus dicit eſſe falſum: qꝛ homo debet intendere ad īmortalitatē: quãtū põt ⁊ ſm totum poſſe ſuū facere ad hoc ꝙ viuat ſm intellectū: q̄ eſt optimum eoꝝ que ſunt in homine: q̄ qdez eſt īmortalis ⁊ diuinus. quãuis.n.hoc optimū ſit paruū mole: qꝛ eſt incorporeū ⁊ ſimpliciſſimū. ⁊ per ꝯñs caret magnitudine molis: tñ quãtitate virtutis ⁊ precioſitatis multuz excedit omnia que in hoīe ſunt. virtute qdez excedit in ſuis operationibus: quibus ſuperioribus ꝯiungit̄: ⁊ inferioribus p̄ncipat̄: ⁊ ſic quodãmō omnia complectit̄. precioſitate aūt q̄ʒtuz ad dignitatē ſue nature: qꝛ intellectus eſt īmãlis ⁊ ſimplex incorruptibilis ⁊ īpaſſibilis. vnūqđq; autē .i.totus homo videt̄ eſſe hoc.ſ.intellectus. ſi ita eſt: īmo qꝛ ita ē ꝙ ītellꝰ ē p̄ncipalius ⁊ meliꝰ qđ ſit in hoīe. dcm̄ eſt eniz ſupra in.9.ꝙ vnūquodq; potiſſime videt̄ eſſe id qđ eſt p̄ncipalius in eo: qꝛ omnia alia ſunt quaſi īſtrumēta illius: ⁊ ſic dū homo viuit ſm operationē intellectus: viuit ſm vitã maxime ſibi ꝓpriã. eſſet.n.inconueniens. ſi aliquis eligeret viuere nō ſm vitã ꝓpriã ſuiipſius: ſed ſz vitã alicuius alterꝰ. vñ īconueniēter dicunt qui ſuadent ꝙ hō non debeat vacare ſpeculationi intellectus: ⁊ cū hoc dcm̄ ſit p̄mū in.9. ꝙ illud qđ eſt ſm intellectū eſt ꝓpriū homini: cōgruit etiã ⁊ nunc in ꝓpoſito. illud eniz qđ eſt optimū ſm nãm in vnoquoq; eſt maxime ꝓpriuz ſibi: ꝙ aūt eſt optimū ꝓpriū: ꝯueniēs eſt ꝙ ſit delectabiliſſimū: qꝛ vnuſquiſq; delectat̄ in bono ſibi ꝯueniēti. ſic ergo pz ꝙ ſi hō maxime eſt intellectus tanq̄ʒ p̄ncipaliſſimum in ipſo: ꝙ vita que eſt ſm intellectuz eſt delectabiliſſima homini: ⁊ maxime ſibi ꝓpria: nec hoc eſt contra id qđ ſupra dcm̄ eſt: ꝙ nō eſt ſm hoīes: ſed.ſ̄.hominē: qđ quidē perfectiſſime īuenit̄ in ſubſtãtijs ſuperioribus. in hoīe aūt imperfecte ⁊.q.ꝑticipatiue: ⁊ tñ iſtud paruū eſt maius oībus alijs que in hoīe ſūt. ſic ḡ pz: ꝙ ille q̄ vacat

ſpeculationi veritatis eſt maxime felix quantum homo in hac vita felix eſſe poteſt.

SEcundo autem que ſecundum aliaȝ virtutem.

ℭ Poſtq̄ p̄bus oſtendit ꝙ perfecta felicitas eſt ꝛ principalis ſm̄ ſpeculationē intellectus. Hic inducit quandā aliaȝ ſecundariā felicitatem que conſiſtit in operatiōe virtutū moralium: ꝛ p̄mo ꝓponit ꝙ intendit dicēs: ꝙ cū ille qui vacat ſpeculatiōi veritatis ſit feliciſſimus. ſecundario eſt felix ille qui viuit ſm̄ aliā virtutē. ſ. ſm̄ prudentiaȝ: que dirigit oēs morales virtutes. ſicut. n. felicitas ſpeculatiua attribuit̄ ſapiētie que comprehēdit in ſe alios habitus ſpeculatiōis tāq̄ p̄ncipalior exiſtens: ita etiā felicitas actiua que eſt ſm̄ operationes moraliū virtutū attribuitur prudentie que eſt perfectiua omniū moralium virtutū. vt in ſexto oſtenſum eſt. ℭ Secundo ibi.

ℭ Secundū ipſam eniȝ operationes humane: iuſta enim ꝛ fortia ꝛ alia que ſm̄ virtutes adinuicem agimus in cōmutationibus ꝛ neceſſitatibus ꝛ actionibus omnimodis ꝛ in paſſionibus: qđ decet vnicuiq̄ cōſeruantes. hec aūt eſſe videntur omnia humana. Quedam hoꝝ autem ꝛ accidere a corpore videntur ꝛ multū coappropriari paſſionibus moris virtus. coniugata eſt enim prudentia moris virtuti: ꝛ h̄ prudentie. ſi quidem prudentie quidem principia ſecunduȝ morales ſunt virtutes. Rectum autem moralium ſecundū prudentiā. Concopulate autem ꝛ he paſſionibus circa compoſitum vtiq̄ erunt. Compoſiti auteȝ virtutes humane ꝛ vita vtiq̄ que ſecunduȝ has felicitas. que aūt intellectus ſeparata. tm̄. n. de ipſa dcm̄ eſt certius. dicere. n. maius propoſito eſt.

ℭ Oſtendit ꝓpoſitū quattuor rōnib᷒. Quarū p̄ma eſt: qꝛ operatiōes que ſunt ſm̄ alias virtutes actiuas ſunt operatiōes humane. ſunt. n. circa res humanas. p̄mo quidē circa res exteriores que in vſuȝ hominis veniunt. opera enim iuſtitie ꝛ fortitudinis ꝛ aliarū virtutū que adinuicem agimus exiſtunt in cōmutatiōibus ꝓut ſm̄ iuſtitiā homines inuicē ſua bona cōmutant: exiſtunt etiā in neceſſitatibus: ꝓut. ſ. vnus homo alteri ſubuenit in ſua neceſſitate: exiſtūt etiā in quibuſcūq̄ actiōibus ꝛ paſſionibus humanis: circa quas ſm̄ v̓tutes morales conſeruat̄ id qđ ꝯuenit vnicuiq̄. omnia aūt p̄dicta vident̄ eſſe quedam humana. Scđo aūt quedā ad v̓tutes pertinētia vident̄ pertinere ad corp᷒ ꝛ ad aīe paſſiones. quibus virtus moralis ſm̄ quādā affinitatē appropriat̄. multe eniȝ moraliū virtutū ſunt circa paſſiones. ſicut ex p̄dictis pꝫ. ſic ḡ v̓tus moralis eſt circa humana bona: inquantuȝ eſt circa bona exteriora: et circa bona corporis: et circa aīe paſſiōes. morali aūt virtuti ꝯiungit prudētia ītellectualis v̓tus exiſtēs ſm̄ quādā affinitatē: ꝛ ecōuerſo: qꝛ p̄ncipia prudētie accipiunt̄ ſm̄ v̓tutes morales. quarū fines ſunt p̄ncipia prudētie. rectitudo aūt moraliū virtutū accipit̄ ſm̄ prudentiā: qꝛ facit rectā electionē eoꝝ que ſunt ad finem. vt pꝫ ex his que in. 6. dicta ſunt. ea etiaȝ. ſ. v̓tus moralis ꝛ prudētia ſimul copulant̄ cū paſſionibus: qꝛ. ſ. ſm̄ vtrūq̄ modificant̄ paſſiones. paſſiōes aūt ſunt cōes totius compoſiti ex aīa ꝛ corpore: cuȝ pertineant ad partem ſenſitiuā. vn̄ pꝫ ꝙ tam virtus moralis q̄ prudentia ſunt circa compoſitū. virtutes aūt compoſiti proprie loquendo ſunt humane: inquātū homo eſt compoſitus ex anima ꝛ corpore. vn̄ ꝛ vita que eſt ſm̄ has. ſ. ſm̄ prudentiam ꝛ virtutē moralem eſt humana que dicit̄ vita actiua: ꝛ per ꝯn̄s felicitas que in hac vita conſiſtit eſt humana: ſed vita ꝛ felicitas ſpeculatiua que eſt ꝓpria intellectus eſt ſeparata ꝛ diuina: ꝛ tm̄ dicere ad preſens de ipſa ſufficiat: ꝙ aūt magis per certitudineȝ explicet̄ eſt aliqd maius q̄ pertineat ad propoſitū. agit̄ enim de hoc in tertio de anima. vbi oſtēdit̄ ꝙ intellectus eſt ſeparatus. ſic igit̄ pꝫ ꝙ felicitas ſpeculatiua eſt potior q̄ actiua: quāto aliquid ſeparatū ꝛ diuinū eſt potius q̄ id qđ eſt compoſitum ꝛ humanū. ℭ Secundā rōnem ponit ibi.

ℭ Videbitur autem vtiq̄ ꝛ exteriori largitione in parum vel minus indigere morali: neceſſarijs quideȝ eniȝ ambobus opus ex equali fit: ꝛ ſi magis laborat circa corp᷒ politicus ꝛ quecūq̄ talia. Parum vtiq̄ quidē differt: ad operationes autem multum differt. liberali quidē enim opus erit pecunijs ad agere liberalia. ꝛ iuſto vtiq̄ ad redditiones. Voluntates enim īmanifeſte. ſimulant eniȝ ꝛ non iuſti iuſte agere velle. Forte autem potentia ſiquidem perficit aliquid eorum que ſecundū virtutē ꝛ tēperato poteſtate: qualiter enim manifeſtus erit vel iuſtus vel alioruȝ aliquis. Queritur auteȝ quidē vtrum principaliter virtutis electio vel actiones: vel in ambabus exiſtentibus. perfectum vtiq̄ manifeſtum qđ in ambabus vtiq̄ erit. ad actiones aūt multis opus eſt. ꝛ quanto vtiq̄ maiores ſunt ꝛ meliores pluribus. ſpeculanti autem a nullo talium ad operationeȝ neceſſitas. ſed vt ꝯuenit dicere ꝛ impedimenta ſunt ad ſpeculationem: ſecunduȝ autem ꝙ homo eſt ꝛ pluribus conuiuit eligit ſecundū virtutē agere. opus habebit igitur talibus ad humaniter conuerſari.

ℭ Et dicit ꝙ ſpeculatiua vita ꝛ felicitas videt̄ paruȝ vel ſaltē minus q̄ moralis indigere ꝙ homini largiant̄ exteriora bona. verū eſt. n. ꝙ ambobus. i. tam ſpeculatiue q̄ morali opus eſt habere neceſſaria vite. puta cibū ꝛ potū ꝛ alia hōꝫ: quāuis circa corpus magis laboret actiuus q̄ ſpeculatiuus: qꝛ exteriores actiōes per corpus agunt̄: tn̄ quātū ad hoc nō eſt magna differētia quin equaliter neceſſarijs vtraq̄ idigeat: ſed quātū ad opatiōes vtriuſq̄ magna eſt: qꝛ virtuoſus multis indiget ad ſuas opationes. ſic pꝫ ꝙ liberali opus eſt pecunijs ad agendum liberaliter: ꝛ ſil̓r iuſtus indiget pecunijs ad hoc ꝙ reddat illa que dꝫ: ꝛ ſi quis dicat actus liberalitatis: eſt etiā velle dare ꝛ actus iuſtitie velle reddere qđ pōt eē etiā ſine pecunijs. ꝯſiderādū eſt ꝙ volūtates hoīuȝ nō ſunt manifeſte ſine opatiōibus exterioribus. multi. n. q̄ nō ſunt iuſti ſimulāt ſe velle iuſte agere: ſꝫ ad hoc ꝙ ſit manifeſtū de aliquo an ſit fortis īdiget aliquo exteriori: ꝛ ſic dꝫ aliqđ exteri᷒ fortitudīs ꝑficere. ꝛ ſil̓r tēperat᷒ īdiget poteſtate vtēdi delectatōib᷒ ad hoc ꝙ māifeſtet̄ tꝑantia. aliter. n. niſi aſſit facultas opandi nō poterit eē manifeſt᷒: neq̄ ille v̓tuoſus. ſ. tēperatus vel fortis: neq̄ aliqs ali᷒.

τ ideo poteſt queri quid ſit principalius in virtute morali. vtruʒ electio interior vel actiones exteriores: cū vtrūqʒ ad virtuteʒ exigatur: τ quāuis electio ſit principalior in virtute morali. vt ſupra dcm̄ eſt: tamen manifeſtū eſt ꝙ ad omnimodaʒ perfectionē virtutis moralis requiritur nō ſolum electio: ſed etiā operatio exterior. ad actiones auteʒ exteriores opus eſt homini ꝙ habeat multa: τ tanto plura quanto actiones debent eſſe maiores τ meliores: ſed ille qui vacat ſpeculationi nullo taliū indiget ad ſuam operationem. quinimo pōt dici ꝙ exteriora bona impediunt hominē a ſpeculatione ꝓpter ſollicitudinem: que ex eis ingerit̄ homini diſtrahens animum hominis ne totaliter poſſit ſpeculatiōi vacare: ſed ſi homo ſpeculatiuus indigeat exterioribus reb⁹. hoc erit inquātum eſt homo indigens neceſſarijs: τ inquantum conuiuit pluribus: quos interdum opʒ iuuare: τ inquantū hō contemplatiuus eligit viuere ſm virtutem moralem: τ ſic indigebit talibus ad hoc ꝙ humaniter conuerſet̄. ſic igit̄ pʒ: ꝙ felicitas ſpeculatiua eſt potior ꝙ̄ actiua q̄ eſt ſm vtutē moralē. ❡ Tertiā rōnem ponit ibi.

b ❡ Perfecta autem felicitas: quoniā ſpeculatiua quedā eſt operatio τ hinc vtiqʒ apparebit. deos enim maxime ſuſpicati ſumus beatos τ felices eſſe. actiones aūt quales attribuere debite ipſis. vtruʒ iuſtas vel ridiculi apparebūt: cōmutatiōes τ depoſitiōes dantes τ quecūqʒ alia talia. Sed fortes ſuſtinētes terribilia τ periclitantes: quoniā bonuʒ vel liberales: cui aūt dabunt. inconueniens aūt τ ſi erit ipſis nūmiſma vel aliquid tale. Si aūt temperati quidem vtiqʒ erunt vel oneroſa laus: quoniam non habent prauas concupiſcentias. pertrāſeuntibus autē omnia apparebunt vtiqʒ que circa actiones praua τ indigna deis. Si tamē viuere oēs ſuſpicati ſunt ipſos τ operari ergo nō. oportet enim dormire quēadmoduʒ endimiona viuēti vtiqʒ ab agere ablato. adhuc autem magis a facere quid relinquitur preter ſpeculationem. Quare dei operatio beatitudine differēs: ſpeculatiua vtiqʒ erit τ humanarum vtiqʒ que huic cognatiſſima feliciſſima.

❡ Et dicit ꝙ hoc ꝙ felicitas perfecta conſiſtat in quadā ſpeculatiua operatione ex hoc apparet: ꝙ dijs. i. ſubſtantijs ſeparatis maxime videtur competere ꝙ ſint felices τ beati: nec tamen poſſumus eis attribuere actiōes moralium virtutū. ſi quis enī attribueret eis iuſtitie operationes: apparerent deridendi: vtpote cōmutationes facientes: vel etiam ſua bona apud alios deponentes: vel quecūqʒ alia opera facientes: τ ſimiliter nō poteſt eis attribui fortitudo. vt. ſ. ſufferant terribilia τ pericula propter bonū cōmune. ſimiliter etiā nō competit eis liberalitas ꝓut eſt virtus humana. nō eniʒ eſt aſſignare eis cui mortaliuʒ dent hꝫ dona que dant homines liberaliter: quia inconueniens eſt. ſi aliquis dicat eos vti ad dandū denarios vel alia hꝫ. ſi aūt aliquis attribuat eis temperantiā huius laus magis eſſet oneroſa deo ꝙ̄ grata. non enim eſt laudabile deo ꝙ nō habeat prauas concupiſcētias: quia nō eſt natus eas habere. ſic ergo pertranſeūdo oēs actiones moraliū virtutuʒ apparet ꝙ ſunt parua τ indigna dijs. i. ſubſtantijs ſuperioribus: ſed tamen opinātur ꝙ viuant: τ per ꝯñs ꝙ operent̄. non eniʒ conuenit eis ꝙ nihil operent̄: ſicut dormientes: ſicut dicit̄ de quodam phō: quia diu vixit dormiens: ſi igit̄ a vita diuina auferamus agere moraliū virtutū τ prudentie: τ adhuc multo magis auferamus a diuina vita facere: qꝺ eſt propriū artis: nulla alia operatio dei que excellit in beatitudīe eſt niſi ſpeculatiua. et ſpeculatiōe ſapientie ſue oīa fecit. ex quo pʒ ꝙ inter operatiōes hūanas illa que eſt ſimillima diuine ſpeculatiōi eſt feliciſſima. ❡ 4ᵃᵐ rōnē ponit ibi.

❡ Signum auteʒ τ nō participare reliqua animalia felicitate tali operatione priuata perfecte. Dijs quidem enim omnis vita beata. hominibus autem inquantū ſimilitudo quedam talis operationis exiſtit. Aliorum aūt animalium nulluʒ felix eſt: quia nequaꝙ̄ cōmunicat ſpeculatione. Inquantum vtiqʒ ſpeculatio: τ felicitas: τ quibus magis exiſtit ſpeculari: τ felices eſſe non ſm accidens: ſed ſm ſpeculationem. Hec enim ſm ſeipſam honorabilis. quare erit vtiqʒ felicitas ſpeculatio quedā.

❡ Et dicit ꝙ ſignū h⁹ ꝙ perfecta felicitas cōſiſtat in contemplatione ſapientie eſt ꝙ animalia irratiōalia que carent felicitate omnino ſunt ꝑuata tali operatione: qꝛ nō habent intellectū: quo nos ſpeculamur veritateʒ. aliquo aūt modo participant operationes virtutū moralium: ſicut leo actu fortitudis τ liberalitatis. cyconia actu pietatis ad parentes. τ hoc rationabiliter. dijs enim. i. ſubſtantijs ſeparatis: quia habēt ſolam intellectualē vitam tota eoꝝ vita eſt bona. homines aūt in tm̄ ſunt beati: inquantū exiſtit in eis quedaʒ ſimilitudo talis operatiōis. ſ. ſpeculatiue: ſed nulluʒ alioꝝ animaliuʒ eſt felix: qꝛ in nullo cōmunicant ſpeculatiōe: τ ſic pʒ ꝙ quantuʒ ſe extendit ſpeculatio tm̄ ſe extendit felicitas: τ quib⁹ magis competit ſpeculari magis competit eſſe felices: τ nō ſm accidens: ſed ſecundum ſpeculationē que eſt ſecundū ſe honorabilis. vnde ſequitur ꝙ felicitas principaliter ſit quedam ſpeculatio.

OPus erit autem τ exteriori proſperitate homini enti. nō eniʒ per ſe ſufficiēs natura ad ſpeculari: ſed oportet τ corpus ſanum eſſe τ cibum τ reliquum famulatum exiſtere.

❡ Poſtꝙ̄ phus oſtendit quid ſit perfecta felicitas. hic oſtendit quomodo ſe habeat ad exteriora. Et pmo oſtēdit quomodo ſe habeat felix ad bona inferiora. Secundo quomodo ſe habeat ad deum. ibi. (Secundum intellectum τc.) Circa pmum duo facit. Primo oſtēdit quantuʒ indigeat felix exterioribus τ terrenis bonis. Secundo confirmat per auctoritatem ſapientuʒ. ibi. (Et ſolon autem τc.) Circa pmum duo facit. Primo oſtendit ꝙ felix indiget exterioribus. Secundo oſtendit ꝙ non indiget multis τ magnis. ibi. (Non tamen eſtimanduʒ τc.) Dicit ergo primo: ꝙ felix cum ſit homo opus habet exteriori proſperitate. humana enim natura non eſt ſufficiens ad ſpeculandum propter conditionem corporis qꝺ ad ſui ſuſtentationē indiget exterioribus rebus. ſubſtantia autem intellectualis in corpore per ſe ſufficiens eſt ad ſpeculanduʒ. homini autem ad hoc ꝙ ſpeculetur opus eſt primo habere corpus ſanum: quia per infirmitateʒ debilitantur vires ſenſitiue quibus homo vtit̄ in

ſpeculando. diſtrabitur etiaꝫ intentio mentis ab attentione ſpeculationis. indiget etiaꝫ homo cibo ⁊ nutritiōe corporis ⁊ reliquo famulatu. vt ſcilicet ſibi miniſtrētur omnia alia que ſunt ſibi neceſſaria ad vitam humanaꝫ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non tamē exiſtimandum multis ⁊ magnis indigere futuruꝫ felicem. ſi non contingit ſine exterioribus bonis beatum eſſe. nōenim in ſuperabundantia in ſe ſufficiens iudicium neqꝫ actio: poſſibile autem ⁊ non principes terre ⁊ maris agere bona etenīꝫ a moderatis poterit vtiqꝫ aliquis agere ſm virtutem. Hoc autem eſt videre manifeſte. idiote eniꝫ potentibus nō minus videnť ſtudioſa agere: ſed ⁊ magis. ſufficiens auteꝫ tanta exiſtere. erit enim vita felix ſecundum virtutem operantis.

¶ Oſtendit ꝙ homo nō indiget multis exterioribus rebus ad felicitatē: ⁊ dicit ꝙ ſi nō cōtingat aliquē eſſe beatuꝫ beatitudine huius vite abſqꝫ exterioribus rebus neceſſariꝫs ad vitam humanā: nō tamē eſt exiſtimandū ꝙ ad hoc ꝙ aliquis fiat felix indigeat multis ⁊ magnis diuitiꝫs: ꝙ eniꝫ aliquis ſit ſibi per ſe ſufficiens: qđ requiriť ad felicitatē: non conſiſtit in ſuperabundātia diuitiarū. paucis enim indiget natura. ſuperabundantia aūt facit minus per ſe ſufficientes. indiget enī homo multoꝝ auxilio ſeu miniſterio ad cuſtodiendas ⁊ gubernādas ſupabundantes diuitias. ſimiliter etiā rectitudo iudiciꝫ tā rōnis ſpeculatiue q̄ꝫ practice: ⁊ exterior actio ꝟtuoſa pōt eſſe abſqꝫ diuitiarū abundantia: ⁊ qꝛ hoc manifeſtū erat quantū ad iudiciū rationis. manifeſtat h ꝯñter quantū ad actionē virtutis: que pluribus indigere videť. vt ſupra dcm̄ eſt: ⁊ dicit ꝙ poſ̄e eſt ꝙ illi qui nō ſunt pncipes terre ⁊ maris. q. in diuitiꝫs nō ſuperabūdātes: bene operari poſſunt. ſi enim aliquis moderate habeat de bonis exterioribus poterit operari ſm virtuteꝫ: qđ manifeſto appet experimento. homines eniꝫ ydeote. i. populares ⁊ puatam vitā agentes videnť agere virtuoſa non minus q̄ꝫ potētes: ſed etiā magis q̄ꝫ potentes. naꝫ potentes impediunť a multis virtuoſis actibus: tū ꝓpter nimias occupatiōes ⁊ ſollicitudines: tum etiā ꝓpter ſuperbiam ⁊ abundantiā diuitiaruꝫ. ſufficit autem ad felicitatem ꝙ homo tm̄ habeat de exterioribus bonis: ꝙ poſſit virtuoſa operari: quia ſi aliquis opereť ſm veritateꝫ: eſſet vita eius felix: cū felicitas in operatiōe virtutis ꝯſiſtat. ſicut prius dcm̄ eſt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ſolon autem felices fore enunciauit bene dicens moderate his que extra ditatos: agentes auteꝫ optima exiſtimabit. ⁊ viuentes temperate: contingit enim moderata poſſidentes agere que oportet.

